

Visual Library Portal

Digitalisierung von Drucken des 17. Jahrhunderts

Therमारुम Aquisgranensium, Et Porcetanarum Elucidatio, & Thaumaturgia. Sive Admirabilis earumdem Natura, & admirabiliores Sanationes

Quas producunt in usibus Balneationis Potationis

Blondel, François

[S.l.], 1688

VD17 23:239697E

urn:nbn:de:s2w-3037

ASOM IX/66
Blut
Eden

Nat 1127

Hirsch I, 448

Martindt Saderesen 409

Jochen I, 1137

Waller I, 1151

Zraesse VIII, 96

AOB II, 721


fehlt 1 Kupferfalttafel:


Das Dorf "Boacet"

14 Bl, 1605, 4 Bl


Port. K-Tit. 2 Wappen Kupfer

16 Kupf im Text









AQUISGRAN,

Typis JOANNIS HENRICI CLEMENS,
Typographi Jurati.

Acheri



Ms. A. 6. 37 / 354

THERMARUM
A QVISGRANENSIVM,
ET
PORCETANARVM
ELUCIDATIO, & THAUMATURGIA.

Sive

*Admirabilis earumdem Natura, & admirabi-
liores Sanationes;*

Quas produciunt in usibus ^{BALNEATIONIS} _{POTATIONIS.}

Opera

FRANCISCI BLONDEL, Senioris, Me-
dici Polyatri,

Et Primi hujus Thermo-potationis Promo-
toris, ac Super-Intendentis.

Editio tertia, sincerissima, prioribus auctior, & emendatior.




Sumptibus Authoris.

A QVISGRANI,

Typis JOANNIS HENRICI CLEMENS, Urbis
Typographi Jurati. 1688.

Cum Privilegio Sacrae Caesareae Majestatis.



456



Præsen: D: wernerus a Broich Consül Regens
et Scabinus Aquensis

Dñs Petrus Ludovicus Bodden Consül Regens



Præsen: D: Joës willhelmus ab Ohmüssen Dictus Mülstro
pro Consül Scabino Magister

Dñs Joës Chorüs pro Consül
et Prætor in Bördtscheidt.

DEDICATIO.

Prænobilibus, Strenuis Ampliff. Clariff. Consul-
tiff. & Prudentiffimis Viris, ac Dominis,

DD. CONSULIBUS,

Pro-Consulibus, Officialibus, ac Senatoribus

Sedis Regalis, Liberæ & Imperialis Civitatis, Inclytæque Reipublicæ Aquisgranensis, DD. Suis
Mæcenatibus observandiffimis &c.

Nobiliffimi Viri, Ampliffimi Domini.

Cælius, Princeps Romanus, & Exercituum Ductor, Vestras Aquas Thermales, primus apparenter coluit, & ornavit: devictis Romanis, & excusso Paganismo, oblivioni fermè traditas, CAROLVS MAGNVS, Imperator, recoluit, munificentiffimè auxit, exornavit, & decoravit; Apollinique vero restituit, Publico commodo, & Utilitati adaptavit. Nobiliffimarum Dominationum Vestrarum Antecessores Regentes, & Senatores, plusquam sæpe, post infelicia fata, & Varias ruinas restaurarunt: & Vos Ipsi a nupero busto, ferè generali, accensis animis splendidius reparastis; iisdem fervoribus alteratus, astuans ipse, Medicus, & ut Conciuis, animatus; post hos, & tantos cineres, quasi è favillis præter Balneationis antiquiffimum usum; exorientes novas hic Hydropotationes thermales, saluberrimas, Tepidas, Calidas, & Frigidas: omni hostili igne opponendas, suscitare, & evulgare intendo: scilicet potus Medicinales aquarum vestrarum thermalium præstantiffimarum, & illos in consolationem afflictiffimorum Conciuium, in solamen Languentium, & in Miserrimorum Infirmorum salutes: easdem modò typis dono Mundo, & Medicis approbandas: sed prius rationibus elucidare, auctoritatibus confirmare, & experi-

D E D I C A T I O.

scientiis illustrare constitui, ac decrevi; quod & ideo vel maxime necessarium visum, quia illas aliqui omnino execrantur; alii, quia remedium hic novum asserunt, fastidire audent; Nonnulli etiam, quia actu, & potestate calidissimas autumant, incendium jecoris, & viscerum subsequuturum, verentes, tanquam periculis plenissimas, avertantur. Itaque ne his aut similibus obtreccionibus, hæ salutifera hydropotations marcescant; hoc libello iisdem occurrere volui, & eundem N. N. & A. A. DD. VV. presentare, & consecrare; ut favore, & fervore Vestro, secundum additas rationes, auctoritatibus firmatas, experiuntisque comprobatas, vigeant ille, ac in posterum perseverent, & perennent, atque de Zoylorum cachinnis, aut Invidorum aculeis patrocinio vestro triumphent Mollis seges in manu Apollinis maturescit, adveniant Æsculapii pulli, qui his incrementa donent, nam recte Seneca quest. natural. l. 7. cap. 34. Veniet tempus, quo ista, quæ latent, in lucem dies extrahat, & longi ævi diligentia extollet in melius &c. Interim certum erit,

Dum juga montis Aper, dum flumen piscis habebit,
 Anchora, Fons ægris, hic, sacra, semper erit.
 Ut bibat, accurret (rumpantur ut Ilia Codris)
 Germanus, Gallus, Belga, Britannus, Iber.
 Hinc Urbs florescet, crescet Respublica; quidquid
 Ignis destruxit, mox reparabit Aqua.
Hoc vovet; sic sentis

*Prænobilium Strenuarum, Ampliss. Clariss. Consultiss.
 & Prudentissimarum Dominationum Vestrarum.*

Observantissimus Servus, & Concivis

FRANCISCUS BLONDEL, Med. Doctor.

PRÆFATIO.

AQuæ thermales ab omni ævo, maximam admirationem habuerunt, nullibi admirabilius Natura iustit, & quia deploratos affectus, & morbos, quos aliorum remediorum genera nulla poterant, sanabant; Antiqui Ethnici illas Diis, Deabusque Immortalibus suis, consecrarunt: ut Calderianas *Iunoni*; Clusinas *Æsculapio*; *Hyegia* Albulas; *Mamma* Bourbonicas; *Apollini*, has *Granas*; *Iovi*que alias &c. A Divis quoque, & magnis viris Christiani quasdam nominarunt: ut in Ungariæ Regno, S. Vladislaj, in Italiâ S. Mariæ, S. Helenæ, S. Cassiani, in Gallia Aquas Sextias, à Caio Sextio; Nerias à Nerone; in Germaniâ, *Granas*, à Granio; in Bohemta Carolinas, à Carolo Cæsare, &c. In illis quid *Sacri*, quid *Miraculosi* Aristoteles & Plinius censuerunt; Martialis Poëta *Blanda dona Nature*; Gentiles alii *Auxiliatrices Deorum manus*: Medici ut Langius, *sacra Dei Dona*; Andernacus, Savonarola, *Sanctuaris* appellarunt, &c. Doctiss. Solenander eas omnibus aliis mineralibus aquis præfert. Itaque benedicant fontes, Benedicant aquæ, Benedicat Aquisgranum Domino, laudet & superexalter eum in sæcula, dum offert & profert, ex gazophylachiis suis thermolicis benedictas, perennes, multiplices, & incomparabiles thermales aquas, nulla prorsus arte, nullaque industria humana assequendas. Itaque de hisce nostris, sincerè agemus.

Admonitio ad Benevolos Lectores.

PLacuit multis, hujus Libelli editio prima Aquisgranensis, & quia aliquali præcipitantiâ, & festinatione typis data fuerat, dum hanc accuratiorem præpararem prælo, complacuit Typographo D. Vander Aa, Ludgd. Bat: me infcio & quidem privilegiato, talem qualem & incorrectam recudere; Nihilominus invitante, & juvante Amplissimo Magistratu nostro, tertiam hanc editionem

perfectiorem, & ut spero, sincerissimam recudo, & typis do, & Curiosis offero correctiorem.

Attamen quia prædictus D. VANDER Aa benevolum obtinuit Directorem pro sua reeditione, ejusdem probas thermarum nostratiû, ibidē in præfatione positas: quia multum elucidationis & curiositatis ad conceptus thermalium præstare possunt: de verbo ad verbum non inutiliter hic inferendas judicavi: exstant & aliæ probæ plurimæ apud D. du Clos, à DD Parisiensibus factitatæ, in Tractatu observ. Aquar. Min. Galliæ, ut videre est.

PROBÆ THERMARUM AQUIS-GRANENSIVM HOLLANDICÆ.

Nulla unquam res, tanto intricata difficultatis nexu, Philosophos, pariter ac Medicos torfit, quam explicatio caloris Thermalis, & ejusdem ortus investigatio. Quorum, cum diversas sententias exacte collectas, ipse Author proponat; quare et rambem bis coctam, tanquam tædiosum ac nauseabundum ferculum, B. L. allaturam, apponere non audemus. Veritas nihil ominis suffulta Experimentis Chymicis, & Rationibus confirmata, satis superque demonstrat, genuinam & veram Aqua ferventissima, indesinenter scaturientis, causam consistere in sale acido concentrato, igneâ naturâ gaudente; vel (ut Nos clarius explicemus) in particulis materia subtilis, inviscatis, & implicatis particulis crassioribus, terrestribus, & aquosis, in maximo motu & parium agitatione constitutis. Ex his; Ignis subterraneus suam originem ducit; nam contemplantes nos ejus naturam, aliam non invenimus, nisi partium ejus acidarum, & fluidarum nimiam agitationem, & continuam ejus vicinia corporum, mutationem. Ille visceribus terræ interioris inclusus, cum flammam semper non concipiat, vel ob ventilationis ipsius aeris defe-

defectum, vel ob admissas molles particulis crassis: quas ita agitare non possit, ut flammam exhibeant, quare continuò (per partium, suarum continuum motum) halitus Sulphureos sale concentrato subtiliori refertos, ad superiorem terræ interioris regionem expellit, qui eo propulsi in occursum, cum aquis, radiis solaribus sibi obviis imprægnatis, conjungunt, & partes subtiliores spirituosæ utriusque corporis intime uniantur. Nam materia subtilis, in corpore, sine partium suarum continuâ fugâ persistere non potest, nisi ratione phlegmatis sui: sic spiritus salis, omni suo phlegmate depuratus, continuò evaporatur, nisi partes volatiles ratione phlegmatis additi à fugâ detinerentur: ita etiam halitus illi plurimam materiâ subtili referti, continuo exhalarent, nisi aquosum phlegma, ipsorum vehiculum, fugam partium subtiliorum prohiberet. Aqua sulphureo acido & centrali tepore per mutuam partium agitationem, imprægnata, per canales ejusdem terræ, pergens, corpus metallicum salinum in occursum sibi objectum invenit, idque ratione salis sui concentrati penetrat, ratione verò humidi, dilatat, unde particule salina in corpore metallico prius coercita, nunc quaquaversum agitata, capsulis, quibus detenebantur disruptis, erumpunt, magnam effervescentiam cum acido existente in ipsa aqua faciunt, unde calorem hujus quam maxime augent & intendunt; Hinc aqua non nisi maxime ebulliens fertur per propulsionem continuam ipsius aeris, ipsam comprimentis & ad superficiem hujus Terræ deferentis, scaturigiem constituentem. Hanc nostram hypotesin confirmant sequentia experimenta, Primum Experimentum: est Oleum Vitrioli, acido concentrato gaudens, cum aqua communi commixtum calorem intensum producit, cui vero si accedat, levis materia subtilis agitatio, tantus excitatur calor, cum maxima effervescentia, ut vitrum manibus contrahere non possit,

Secundum Experimentum: si frustulum lapidis Calaminaris Spiritui acido imponatur, tantum procurat calorem, ut ipsum vas manibus continere, nec potens quis sit.

*

Ter-

Tertium Experimentum : si ferrum dissolvatur in spiritu acido rectificatissimo, & solutio deinde, ad phlegmatis ejus consumptionem evaporetur, tum Spiritus ignea natura prodit, cujus guttas aliquas si aqua instillas, calorem percipias intensissimum, qui in vase citra ullum ignem diutius per novam aquae affusionem, conservari potest.

Quartum denique Experimentum adjungamus; quod fit per ipsum liquorem nitri, per Antimonium fixatum cum aqua communi inspersa, mixtum, effervescentiam cum calore notabilem producentem: idem etiam calor cum effervescentia insigni observatur, in croco metallorum, si illi aqua guttatim instilletur.

Hanc nostram sententiam, quam maxime etiam fodinae Lapidis Calaminaris, ad Thermas conspicua, confirmant: idem apparet quod si vel marchasita, vel gleba salino sulphurea, vel minera talis naturae, recenter effossa, pluvia irrigatur, brevi temporis spatio calorem insignem concipit. Ex hisce itaque concludimus, aquas spiritu sulphureo saturatas, centrali tepore adjutas, majore propterea activitatis gradu gaudentes, in transitu, corpus metallicum salinum, sibi objectum dissolvere. poros illius metalli subeundo, à se invicem dimovere, atque per poros jam apertos, in majore copia materiam subtilem admittere, motum particularum earum, mutua collisione & agitatione, majorem excitantem, illum tam diu agitantes, & aeris majoris expansionem facientem; donec particulae salinae capsulis suis terrestribus, extrudantur: quae exclusae, quae aqua versus se explicantes, cum acido sulphureo hoste intensissimo obviam congregiuntur, & per mutuam particularum actionem, & collisionem igneam, effervescentiam producant, caloremque, intensum excitant, qui maxime observatur in ramosarum & salinarum partium nimia agitatione & collisione: denique quo major est salium diversorum in se invicem agentium copia, eo major est calor, qui facile non annihilatur, quia effervescentia in ramosi corporibus diutissime perstat. Haec ergo Aqua fervida
dis.

diffimæ dum per continuam pressionem ipsius aeris, ad superficiem Terræ deferantur Thermas constituunt.

Hiscæ positis jam in genere fundamentis, Thermas Aquas granenses in specie contemplari volumus, & per diversas præcipitationes ostendere, Aquas Thermales has sale acido esurino, alkalico, & corpore ramoso sulphureo, imprægnatas esse. His itaque contemplationibus inherentes videre debemus, qua ratione præcipitationes modo dictæ, rationibus & experimentis adnexa, nos in veram contentorum cognitionem deducere possint. Et cum hoc in loco ex professo diversorum colorum texturam, delineare animus non sit, quare colores circa diversas præcipitationes observabiles, hic ulterius, prosequi ob temporis angustiam non possumus; sufficiat nobis in harum aquarum contentorum notitiam inquirentibus, scire Colores in mutatione textura corporis, nunc per acida nunc per alkalia advenientia, diversimode alterati consistere: ut & illos pro varia reflectione & refractione radiorum lucis, diversimode modificatos, diversos produci: quæ seorsum singula indo diaphana & excolorata, ad arbitrium, & nutum nostrum ducere, illosque vel generare, vel destruere novimus.

Vitriolum Aqua nullum continere videtur ex gallarum solutione Aquis Thermalibus infusa, nullam mixturam nigricantem (in atramenti similitudinem) nec purpuream, exhibere.

Nitrum aquis dictis non inesse èd liquez, quod salia post evaporationem Aquæ relicta, carboni accenso imposita, nullam deflagrationem instar Nitri edant.

Sale armoniaco Therme non imprægnantur, quippe si solutiori salis armoniaci sal tartari adjiciatur tum sal volatile purum falsum à vinculis salis acidi, cui antea junctum erat, solutum, statim in auras avolarct, fibrillasque narium velliscando se proderet, quod hic non observatur.

Sulphur quod insit, non tantum odor sulphureus manifestus, verum & flores sulphurei, Balneorum parietibus, &

marginibus vasorum adherentes, satis superque ejus presentiam demonstrant. Sulphur denique quavis ratione ab alkalice salibus precipitari potest; sic & per acida: suam sulphur cum calce viva per decoctionem dissolutum, cum acidis precipitatur: Spirituosa alkalina volatilis natura, ut spiritus salis ammoniaci, oleosas sulphureas particulas precipitant, & ipsas coagulant.

Alkalico sale quod Therma refertur sint: non tantum viridis color cum succo Cyani emergens, & viride corpus cum acido dissolutum, in caeruleum mutans (ratione salium Alkali) satis comprobant, verum etiam per Aquam ad sceitatem evaporatam sal Alkali in fundo relinquentem, satis dignoscitur.

Quod sal aliquod medium sive mixtum in thermis reperitur; observabilis per solutionem luna, faeco: saturni, & sal tartari, lactescencia indicat.

Thermas nullo sale volatili impragnatas esse, earum limpiditatis praesentia sine ulla notabili lactescencia, post solutionem Mercurii sublimati additam, satis testatur.

Quod acidis particulis saturata sit aqua, hoc satis demonstrat analysis suloburis, quod nihil aliud est quam expansa ramose particula, plurimo acido spiritu dotata: Hinc duplex conspicitur sal, acidum scilicet, & Alkalicum, ortum ex eo, quod salia virium imperfecta, cum sese invicem destruere non possunt, unde vim suam alterutrum retinet ut cum sale sibi contrario obvio effervescentiam ineat; hinc Aquae Thermales cum sale tartari, & acido spiritu nitri effervescent.

Hac sunt quae in praesentiarum, adferre potuimus: quod si qui ulteriorem hujus intricatissima materia investigationem expetant, ipsis ulteriorem in hanc materiam gloriam rimandi, relinquimus.

CENSURA D. ORDINARII.

Visis tum Theologorum, tum Aliorum, in arte Medica Peritorum, Testimoniis, eoque deprehento, presentem Libellum, tractantem de Thermis Aquisgranensibus, & Aq̄i potabilibus, earumdem usibus, & effectis nihil fidei, & bonis moribus contrarium continere, permitto, ut typis divulgetur. Datum Aquisgrani, 25. Novemb. 1687.

NICOLAUS FEIBUS, Archipresbyter
Aquisgranensis.

JUDICIA

DD. THEOLOGORUM,
ET
MEDICORUM.

Libellum, quem Nobilis & Expertissimus Dominus FRANCISCUS BLONDEL, senior, Medicinæ Doctor, de gemino Thermarum Aqueusium & Porcetanarum usu; Veteri per *sotum*, novo per *Potum*, secundis curis auctum, & analysi marginali illustratum, elaboravit, attentè legi, perlegi, relegi: nil in eo reperi, quo minus in lucem exire queat, quin potius hanc ipsam illi quantocius opto, pro Aegrorum solatio, Urbis nostræ honore, & Incolarum emolumento. Doceor in eo *occultas aquarum thermalium proprietates*: admiror *operationes stupen-*

(O)

gendas variis in morbis, ut Remediorum extremum,
& supremum liceat jure compellare. Discit inibi
Medicus, quidquid de thermis naturalibus deside-
rat in scriptis Galeni & Veterum: accipit leges Sa-
nus, & Aeger: has si non transeat, cum desiderato
effectu lavatur, aut potatur: & fatebitur hic cum
Cornelio à Lapide, in cap. 36. Gen. v. 24. Medicinas
les esse, multisque mederi morbis; ut per Europam
universam *Patientes* clamitare possint, illud Servo-
rum Isaac Gen. 26. *Invenimus aquam vivam, & vitæ.*
Ita fateor, opto, censeo, testor, hac 30. Dec. 1687.

HENRICUS BREVER, Ss Theol. Licen-
tius, Pastor ad S. Jacobum Aquisgrani,

ACcuratè Thermarum naturalium mineralium
Aquisgranensium & Porcetandarum elucidatio-
nem, & Thaumaturgiam, à Nobili & Clariss. Viro
D. FRANCISCO BLONDELLI, ut ætate, sic scientiâ
cano, singulari industriâ denuo elaboratam, &
auctam pervolvendo, nil orthodoxæ adversum fi-
dei, nil sanis contrarium moribus, deprehendi;
Auctorem comperi verè Physicum, utpotè saga-
tissimum naturæ, & proprietatum Aquarum Ther-
malium, inter Medicamenta ab Altissimo de terrâ
creata non postremum, Scrutatorem sincerum, pa-
riter & strenuum saluberrimi earundem usus, con-
tra morbos quamplurimos, eosque contumaces,
Promotorem & Propugnatorem; materiam inveni
non minùs curiosam, quàm utilem & necessariam,
sic ex polline Apollinis congestam, ut de iis mea sit
modò opinio, quæ olim à Spiritu Sancto per Eccle-
siasticum cap. 38. v. 3. facta est promissio: *Disciplina
Medici exaltabit caput ejus, & in conspectu Magna-*

❦(O)❦

um laudabitur. Ita censebam in Conventu nostro
Aquisgranensi Fratrum Minorum S. Francisci Re-
collectorum 30. Decemb. 1687.

F. PACIFICUS BEUTGEN dicti Con-
ventus Ss. Theologiæ Lector.

EGO ex ordine Fratrum Erimitarum S. P. Augu-
stini Ss. Theologiæ Licentiatus, ejusdemque
Lector Ordinarius, harum tenore fidem facio pu-
blicam, quod non minori animi attentione, quam
voluptate pervolverim thermarum Aquisgranen-
sium & Porcetanarum elucidationem singulari stu-
dio, ac opera *Francisci Blondel* senioris, Medici, ac
Physici Expertissimi, jam tertio expositam, auctam,
& elaboratam, in quo Tractatu, cum quod bonos of-
fendat mores, aut fidem non sapiat orthodoxam in-
venerim nihil, quod vero rei librariz decorem ad-
jiciat magnum, quod languentibus, infirmisque so-
latium adferat majus, quod Thermarum Aquisgra-
nensium, & Porcetanarum, adeoque & hujus liberæ
Imperialis Reipublicæ incrementum intendat maxi-
mum, repererim plurimum eapropter opus illud
Doctissimum, & utilissimum Auctore suo dignum,
dignissimum judico, quod ad plurimorum usum
commodumque lucem videat publicam.

Dabam Aquisgrani in Conventu S. Catharinæ
Virg. & Mart. 25. Febr. 1688.

F. JOANNES SCHWEITZER qui supra.

PAUCIS VERBIS, prolixiori animi affectu erga Exper-
tiss. & Doctiss. Dominum hujus Libelli Authorem
attestor, non tantum per lectionē istius Libelli me,
sed

7
 sed potius ipsâ Experimentiâ, sive usu aquarum Aquisgranensium, veritatem cõfirmandi aniam arripuisse,
 Anno M. DC. LXXXVII. die 17. Septembris.

Joannes Lignovius, Phil. & Med. Doct. Amstelrodamenfis.

Deo Opt. Max. tri-uni soli sit laus, & gloria, qui pro
 tua infanda bonitate hominum miseras, ex inti-
 mis terræ visceribus thermarû Aquisgranensium &
 Porcetanarû fontes saluberrimos, eosque abundan-
 tes; admirandas salium, sulphuris, & mercurialium
 partium miscellas produxit, quibus morbi cronici,
 sive huc usque desperati, & artem Medicam fermè
 respuentes, cito, tuto, jucunde & facili negotio de-
 pelluntur: Asthmatici, Lienosi, Leucophlegmatici,
 Scorbutici, omni obstructionum genere laborantes,
 quibus humores, & Spiritus liber meatus, & vitalis
 accessus denegatur ictero, colore pallido, Febribus
 lentis, & omnium horum sequelis laborantes, dico
 calculi dolore cruciati, foeda cute horridi, Paralytici
 & omnes nervorum morbo, accedite ad hos fontes,
 medelam certò inventuri. Clamitant pro me tot ex
 his morbis restitutorû voces, totque jam tripudian-
 tium baculi, & fulcra, ad Apollinis tanquã templi pa-
 rietibus appensa, quibus labascentes artus olim vix
 sustinebãt. D. Franciscus Blondel, ætate & experien-
 tiâ senior, Laureâ Apollinari Nobilis, Magistratus A-
 quisgranensis protectione, liberalitate, benevolentiâ,
 librorû gratitudine, Exterorum voto & amore, Rei-
 publicæ litterariæ monumētis dignus est pro sagaci-
 tate, diligentia, experientia in harum Aquarû usus,
 quod voveo, quod opto, A quisg. 28. Sept. 1687.

PETRUS MARESCHAL, Baravorum Lugdunensis Doctos
 Medicus, ibidemque & Parisiensis olim Practicus.

Index Capitum.

Caput I.

URbis, Territorii Templi & calidorum Fontium
descriptio. fol. 1.

Caput. II.

DE Balneorum & Thermarum differentiis. fol. 12.

Caput. III.

Vnde. & Quomodo Aqua acquirant Mineralia, &
Metalla? fol. 15.

Caput. IV.

De causa caliditatis Thermarum. fol. 21.

Caput. V.

De Balneis Urbani, Cæsareano, Parvo & S. Qui-
rini, Quibusve morbis Balneatione conducant. f. 36.

Caput. VI.

De aliis Balneis Urbani, S. Cornelii, Rosaceis &
Compis Pauperum. fol. 44.

Caput. VII.

De Balneis Porcetani, Quibusve Balneatione con-
gruant affectibus fol. 49.

Caput. VIII.

De congruo Balneationis usu. fol. 55.

Caput IX.

De novo Potationis usu harum Aquarum Thermalium. fol. 66.

Caput X.

Prima & potissima objectionis solutio; Num scilicet ab actuali aut Potentiali calore, calida Jecoris intemperies inducatur, aut intendatur in interno usu Thermalium harum. fol. 69.

Caput XI.

Ceterarum Objectionum Solutiones. fol. 96.

Caput XII.

Quibus morbis congruat harum Thermalium Potatio? fol. 107.

Caput XIII.

De congruo Potationis usu. fol. 117.

Caput XIII.

Thaumasurgia usuum harum Thermalium. fol. 129.

§ I.

Cura Balneationum. fol. 130.

§. I I.

Cura Potationum. fol. 144.



Nobili & Expertissimo Viro Domino,
D. FRANCISCO BLONDEL

**Archiatro & Aquarum Mineralium Aquisgra-
nensium Vindici solertissimo &c.**

Non satis ille sapit Medicus, sed ab arte recedit,
Qui Medicos fontes, omnibus esse volet;
Nec minus à solidâ hunc dico ratione vagantem,
Ulli qui medicas, esse negabit aquas:
Qui bene (consilio Medici) thermalibus undis,
Uritur, Infirmis proficit usus aquæ:
Hæc etenim toti sententia cognita mundo est;
Quod sanus, Medici, nec Medicæ artis, eget;
Ufus seruetur, tollatur abusus aquarum:
Ufus si malus est, optima quæque nocent.
Ut bene vel *fortu*, vel cures corpora *potu*;
Optima Blondelii, regula Pandit iter

amicitia ergo posuit

MICHAEL BORN Pastor S. Petri Aquisgranæ,
ac senior Venerabilis Iudicii Synodalis
assessor.

Chronicon.

NOVVs therMaLis aqVæ VsVs, VInDICatVs

MONUMENTUM

Debitæ Pietatis & Observantiæ.

D. D. Engelberti
Guillielmi ^z Blondel Med. DD.

Erga

D. FRANCISCVM BLONDEL

Patrem suum amantissimum.

INter magnificos Urbis plaudentis honores,
Fas est: obsequiis paribus concurrere *Natos*,
Ingenuumque simul *Patri* persolvere amoris
Officium; à primo deducere nomina fonte,
Hinc juvat, & claræ seriem poducere vitæ.
Ad *Mosam Legiæ*, lucem sub luminis auras
Primævam trahis, & primis nutritis in annis;
At cum tempus erat, studiis intendere mentem,
Ætasque ingenuis excreverat artibus apta;
Mitteris Augustum studiorum laude *Dnacum*,
Hic tam felici studiorum castra *Minervâ*
Prosequeris, mentemque sacrâ sub *Pallade* formas,
Ut post emensum, non multo tempore, cursum,
Clarus *Apollineâ* celeberris *Doctor* in arte.
Utque sub apricum prodiret lucis imago
Doctrinæ, *Malmodurum*, *Spadamque*, theatrum
Eligis, hic primæ jaciens fundamenta praxis.
Multiplices ubi nempe scætant de corpore terræ
Circumquaque undæ, medicatis usibus aptæ:
Harum naturæ, effectus, rectumque requiris
Robur, inexhausto studio, magnoque labore;
Felices *Curas* & proficiencia cunctis
Consilia impendis, multos edoctus in usus.
Inde etiam volitante tui rumore sagacis
Ingenii, *Treviros* accitus, Principis aula
Præ multis *Medicus* præfectus, praxe medendæ

ARTO

Anno annos, animamque geris, nomenque senile:
Principe defuncto, Treviros, aulamque relinquens,
Imperii sedem, rivis thermalibus amplam
Tendis *Aquisgranum*: Regalis in Urbe Senatus
Mox Populi Medicum designat honore favente.

Hic fuit antiquos assumere fortius ausus,
Undarum vires, secreta latentia toto
Ingenio, studioque, diu, nocturne probare;
Hinc iterum felix, per tempora multa medendo
Balnea praescribis Variis, Variisque per artes
Morbos expellis, longis famosus in oris.
Sed fileo haec: toti forsan sunt cognita mundo.
Res nova, nec nostrum forsan memorata per aevum!
Est haec Curarum, praxisque Corona ruarum,
Ingenii pars magna tui est, & summa laborum
Gloria: quod thermas pro *Fossu* semper amatas,
Artis ad examen revocans, simul ore *bibendas*
Praescribis, rarâque fuges hac arte dolores.

Hoc titulo se se devinctam grata fatetur
Urbs, defertque tibi memori pro munere laudem.
Hinc *Superintendens*, *Granensis* Apollo probaris,
Primusque Inventor thermalis diceris hujus
Potus, quem longo raroque labore repertum
Scriptis defendis, librisque patentibus auges,
Finitimus pariter, longisque manentibus oris
Commendas, multâque probas ratione salubrem

Vive igitur longos Pater optime sospes in Annos,
Gloria Natorum, nostrae lux inclita gentis;
Applaudunt Gnati, tibi saecula multa Voventes:
Quos non degeneres patriae Virtutis, & artis
Arguet ulla dies: quin semper imago paternae
Praxis, in *Ambotum* studiis, scriptisque vigebit:
Utque novis quondam thesibus tua scripta probârunt
E publicis Cathedris, Doctorum munere clari;
Sic post fata, tui defendent dogmata libri
Quâ calamo, quâ Voce: Tuae sic lumina praxis
Lucebunt sero post saecula longa Nepoti.

Nobili, Clarissimo, Expertissimoque Domino,
D. FRANCISCO BLONDEL

**Seniori Medicinæ Doctori Aquensi,
Thermopotationis efficacissimæ primo
Inventori, ac Super-Intendenti &c.**

Det novus orbis opes, argenti, aurique fodinas;
Ex tollatque suas tellus Gangetica gemmas;
Subdola sed promunt irritamenta malorum
Non ita thermales undæ, medicamine pollent
Nobilibusque scarent mineralibus, atque metallis,
Subveniuntque ægris, & detrimenta resedant.
Sæpe ex hausta carent auro penetralia terræ
Et quæ proveniunt magno sunt parva labore;
Hic indeficiens ultro thesaurus aquarum
Profilit in toto jam famosissimus orbe
Sive ergo potare velis, seu balnea tentes,
Præfer Aquisgranum, thermali nobile fluxu
Prævalet à varia morbis virtute mederi;
Et nunc ante alias felix urbs Grania, felix,
Quæ post funestas clades, incendia post lex,
Vastata, auspiciis thermæ-potabilis undæ
Restaurata magis, cum scœnore, crescis, & auget
divitias, urbisque decus, populique salutem.
Te Christo peperit Carolus cognomine magnus,
Imperiique tronum statuit, sed turbine rerum
transportata alio te Cæsaris aula reliquit.

Blondelius siquidem NATURA expertus & ARTE

**Blond.
Symb.**

**Te relevat, priscisque facit splendoribus æquam.
Illius arte novâ par, Grania, Cæsaris aulæ
Sublimata viges Procerumque, Ducumque quotannis**

Vilce

Viferis accessu potus thermalis amore,
Omnigenis certamque malis potando medelam
Accipiunt, usum experto præbente patrono :
Angli, Germani, Batavi, Danique, Sueci,
Hispani, Galli, Belgæ, Populique remoti,
Sexus uterque, senes, Juvenes, teneræque puellæ
Queis adversa, valetudo, thermalibus undis,
Omnibus expurgata malis, sua membra remulcent
Ac benefactorum fontis præconia pangunt:
Nec puto ab Elisiâ primi si valle redirent
Artis Apollineæ patres, Galenus, Apollo,
Pæon, & Hippocrates, Podalirius atque Machaon
Viribus herbarum tantum præstare valerent
Ut modo præcellit thermæ-potatio Aqueusis.
Ipse ego, tabifico languore diutius æger,
Officio urinæ, pedibus, renumque dolore
Fractus, progressu, somno, gustuque supinus,
Jamque profecturus Talparum ad regna jacebam
Non erat in Medicis, nec Apollinis arte levamen
Sed bene restituit Piscina probatica Aqueusis
Munia naturæ: thermalis lympa diebus
Blondelii ductu, quindenis, pota fugavit
Omne malum, celerique gradu sanissimus inde
Exultansque abii. Tantis dignissima donis
Non mirum, mea Calliope si dona rependat
Blondeliique canat vitæ per sæcula laudes,
Jure igitur quisquis languenti corpore tabes
Seu potare lubet, seu balnea sumere tuto,
Regula Blondelii, hoc libro contenta docebit
Ecce tibi methodum pandit præscribit & usum
Ac pravos usus aperit, discrimina tollit.
Perge bonis avibus, perge expertissime Doctor
Qui meritis, Natura, ætate, scientiâ, & arte
Laureus es, taceant ventosæ vocis Achates
Garrulitate cavillantes & more procaci;
Nullus enim poterit Momorum livor obesse

Elogiis (Francisce) tuis: per secula tantum
Vivet opus, vives & posteritatis honore.
Perge salutiferas scriptis defendere thermas
reque genusque tuum speciali obstructa favore
Prosequitur, dignasque tibi Respublica Aquensis
Attribuet lauros: sua jam Vestigia Natos
Inclita sectantes ambo, virtutis & artis
Hæredes patriæ, parili collaudat honore.
Porro progenies, stimulis animata paternis,
Blondelii pergar longà propagine famam
Ducere; ventura ut postquam cognoverit ætas
Tantum auctorem se conciliasse patronum
Magnificas referet tanto pro munere grates;
Laudeque Blondelius celebrabitur immortalis.

Chronicon

VVLCanVs, AqVIsgranVM perDlc,
neptVnVs reponit.

aliud

ALtera Mall InCenDio perIt. 1656.
aqVa JVVante resVreXIt. 32.

*Gratitudinis applaususque hocce monumentum
dicat, consecratque*

Georgius Fillezius Condatensis Ecclesie
Cathedralis Leod. pbr, beneficiarius
& Bassus

CAR-

CARMEN AFFECTUOSUM

*Expertissimi Domini D: Jacobi Rhas Medicina Licentiati, Medici Loimici, & pharmacopai Coloniae-
sis stipendiarii in praesentem Librum.*

Libelle, bellefoscule
Blondelii Clarissimi
Prodi, sub almo numine
tui Senatus incliti.
Prodi, favore nobili
Regalis Urbis excitus,
te sanitatis arbitrum
Jam laetus orbis expetit.
Prodi, calentes pandere
Aquensium thermas cito,
Prodi, salutis anchoram
Ostende veram languidis,
Blondelii doctissimos
Effunde partus: quolibet
Infirmitate perditos
Ostende sanandi modum.
Solve ergo pennas ocyus,
Et lucis auras aspice,
Libelle, bellefoscule
Blondelii Clarissimi,
Felice tandem sidere,
Libelle prodis: Vultibus
Optatus hospes advenis,
Et gratus occurris mihi.

Honore digno te simul
Celebrat orbis, & tuo
Authore dignum, plausibus
Inusitatis suscipit.
Hinc perge longo distitas
Invisæ gentes cardine,
Jam cuncta mundi natio
Blondelii cernat librum.
Disceatque thermas nobiles
Urbisque Aquensis balnea
Cunctis in orbe fontibus
Virtutibus præcellere
Hæc laude thermas Principum
Hæc confluens flos prædicat
Pro Sanitatum munere
Grates supremo concinens
Quid ergo torpes morbido,
Vitamque dudum languidam
Trahis? salutis anchora
En jam patescit arripe.
Exempla sunt quam plurima
Cujusque sortis gentium,
Quas sanitati reddidit
Thermalium Usus fontium,

In thermaleſ minerales

A Q V I S G R A N E N S E S
Clariff. & Expertiff. Domini F. BLONDEL
Hendechaſyllabon.

Te BLONDELII, Medicas docente vires,
Dario licet audiente dicam,
Vincunt minerales tuæ Dearum
Et famâ meliore, quàm paraſti,
Ponunt fontibus aureis pudorem.

Aliud

Dum thermalis aquæ Vires ſapienter adumbras,
Blondel, naturæ munera teſta doces:
Dumque ſalutiferos ſub A quenſi climate fontes,
Quæ vera Alchymicos ſit Panacea doces.

—————
Votivo-Chronicon

VIVE DIV, Longis noVe DoCtor aqVensls
In annls,
te DeVs æternâ In proſperitate beet,



C A P U T I.

Urbis, Territorii, Templi, & calidorum

Fontium descriptio.

AQUISGRANUM Vulgo, Italis *Aquisgranum*, Gallis à Basilica *Aix la Chapelle*, Belgis *Aachen* / Germanis *Aach* / est aquarum thermalium mineralium raritate, antiquitate, copiositate, varietate, salubritate, & efficacia famosissimus locus. Regni Sedes eis Alpes, Urbsque Regalis ac Imperialis, Provinciarum Imperii Teutonici, & omnium Civitatum caput, à Divo *Carolo Magno* in pragmaticâ sanctione sic nuncupata; & ab Imperatore *Frederico II.* in privilegio suo concessa 6. Idus Jan. 1166. in Menapiorum finibus, inter Rhenum & Mosam sita, Romanorum Imperatorum prima inauguratione, *S. Caroli Magni* sepulturâ, septennalique SS. Reliquiarum ostentatione & Peregrinorû visitatione celebris. De ejus origine, ruinis, & incrementis hæc paucissima.

Romanos olim, dum bellum adversus Germanos gererent, his locis inter Rhenum & Mosam confedisse, & Munimenta habuisse, ex *Julii Cæsaris*, *Cornelii Taciti*, aliorum, que multorum historiis satis manifestum est: cujus rei fidem quoquè faciunt quorundam locorum appellationes, passimque grandiores multæ excubiarum turres, & alia vetustatis munimenta.

Illis ergò temporibus ferunt domestici Annales, quemdam è Romanis Principibus *Granum*, vel *Granium*, nomine in Galliam Belgicam venisse, circa annum salutis 53. quem pragmatica sanctio *D. Caroli Magni*, *Neronis* & *Agrippæ* Fratrem facit, ut & *Chronicon Aquense Beckii* cap. 1. *Chronicon* autem *Ultrajectinum* existimat, fuisse Senatorem Romanum, cum universâ familiâ à *Nerone* proscriptum, alii verò, inter quos *Historiarum Romanorum* peritissimus *Wassenbergius* *Granium* asseverabat, & *Granos*, plures summos armorum Generales recensebat, agebatque, eum in hisce locis *Neronis* Proconsulem fuisse, & has aquas calidas, inter montes, sylvasque tunc abditas invenisse, ac in modum Romanorum Balneorum ornasse, usurpasse, juxtaque habitasse, atque arcem struxisse, cujus

Aquis-
grani va-
ria nomina.

Dignitas

Situs.

Memorabilia.

Vetustas.

Primus
conditor
Gentilis.

A

in ho-

Ejus mo-
numentū

in hodiernum diem exstat spectanda vetustatis monumen-
tum turris *Grani*, vel *Grani*, compellata, Domui Civicæ,
ad plagam orientalem juncta. Ab Incolis, aut ab ipso *Aqua*
Grania cognominata sunt, cum thermæ, tum locus ipse,
deducto scilicet nomine ab aquis calidis, & *Grano*, Reper-
tore, & primo Cultore; mansitque appellatio postea & *Ur-*
bi, crevitque locus ad *Attilæ* Tyranni tempora, sub quo
passus est à Gothis & Hunnis primum excidium post an-
num salutis 400.

s. Exci-
dium.

Restaura-
tor Chri-
stianus.

Post aliquot deinde sæcula, annos plus minus adhuc
400. *Carolus Imperator*, cognomento *Magnus* cum solito
more, Venationis causa egressus esset, errabundus inter



Aquisgranensium & Porcetianarum.

sylvas & saltus, pede equi, rivos aquarum calidarum percepit, atque palatia, longa vetustate deserta, & demolita, frutetis quoque ac vepribus occupata reperit; iisque delectatus, loci amœnitate, simulque thermarum commoditate allectus, de iis ornandis ac renovandis cogitare cœpit. Ipsas itaq; una cū arce à ruinis vindicavit, Regiumq; palatium: se dignum extruxit, deinde, ut erat ferventissimus Religionis Christianæ cultor, eodem loco proximè Regiam, insigne templum, cui nullum volebat æquiparari, maximo sumptu erexit, atque per Romanum Pontificem Leonem III præsentibus Principibus, & convocatis 363. Episcopis, anno salutis 804. in honorem Dei, Beatissimæq; Virginis Mariæ consecrari curavit, & Monasterium Benedictorum constituit, qui communiter vivebant sub directione unius Abbatis; modo vero, vicissitudine temporum seorsim vivere, & Canonici sæculares facti sunt, singuliq; proprias præbendas administrare cœperunt.

Observatu dignum, quod ipse *Carolus Magnus*, cum Aquisgrani moraretur, in templo cum iis, locum & stallum post Sacerdotes, inter Diaconos occupans canebat, & psallebat: Voluitque, ut sui in Imperio Successores, Reges Romanorum Canonicorum Diaconorum numero adscribantur, hujus Ecclesiæ juramentum præstent, juraque adinstar Prælatorum solvant.

Occasione hujus Basilicæ, & Palatii Regii, in quo *Carolus* sæpè ac diu, cum totius aulæ comitatu versabatur, locus hic à Mercatoribus ac Opificibus circum circa ædificari cœptus est, brevique in Civitatem populosam crevit; cumq; fortissimus ac pariter piissimus Imperator, & Ecclesiæ Defensor acerrimus, Romani imperii habenas Divinâ providentiâ & dispositione moderandas suscepisset, locum jam dictum muris, & fossis (quæ etiam nunc existant) in modum Urbis cinxit: & hæc est Urbs interior, quæ adhuc dum Carolina vocatur: X. patula Portis, foveis bona parte aqueis, vallata: eadēq; ob miræ pulchritudinis Basilicam à Gallis *Aix la Chapelle* appellari cœpta est, quæ appellatio apud ipsos in hodiernum diem perseverat. Extimam Ur-

Basilica
Vulgo
B. M. V.
monaste-
rium.

Rituale
Ordinis.

Frequens
tatur &
honora-
tur à S.
CAROLO

Occasio
incre-
menti.

4 De fontibus & potu Thermarum

Ambitus Civitatis bem (in qua multi horti & pascua) alia fossa & murus circumdant. *Circulus* interioris est trium horarum solidorum quadantium: exterioris altero major. Otto III. crexit eam in Metropolim, & Imperii Emporium.

Vastatio Normāica. Porro hæc Urbs Aquensis Carolina, quæ inter primos muros est, sub Godefrido & Segefrido, Nortmannorum Regibus, circa annum salutis 882. Magna irruptione & vastatione eversa est, Palatium Regium & Cæsareum incensum &c. Arsitque rursus Civitas irreparabili clade anno 1146. Imperatorum tamen munificentia, & populi confluentia, recrevit amplior; ita, ut circa annum 1172. Friderici I. Imperatoris jussu, secundis muris, fossisque, præcipuè sub regimine Consulibus Chorus circumdata fuerit.

Incensio 3. Quarta à Granio primo Conditore conflagratio contigit anno 1224. noctu, pridie Kalendarum Augusti, quæ Ecclesias, palatia, totamque Civitatem pervasit 30. Incolas, & Peregrinorum multos concremavit.

Incensio 5. Quinta iterum conflagratio anno 1236. Una cum Ecclesiæ tecto & ædificiis vicinis; tamen mutatis sæculis ex cineribus propriis, velut Civitas Phœnicea, floridior surrexit, ita, ut anno salutis circiter 1353. præsentem *Domum Senatoriam* Magnifico opere, è vivo casoque saxo constructam, Imperatorum simulacris exultam, & perpolitam propriis sumptibus Cives construxerint. Hæc inferius, & in medio sub uno tecto, cameris multis distincta est: superius unicam aulam habet, in qua Cæsares tempore coronationis, solemnibus epulis, cum Electoribus & aliis Principibus convivantur. Aula hæc longa est pedes 162. lata 60. cujus fornices duo inferiores, & testudo superior sibi incumbentes, quatuor sustentantur columnis quæ in medio cavæ, inferiorum locorum (antiquo & mirando artificio) fumos plurimorum focorum, ultra 20. hauriunt, & educunt, trium tantum caminorum vices supplentes.

Fons in medio fori.

Eodem tempore *fons* aquæ dulcis, è regione domus, Senatoriæ Civicæ, in fori medio deductus & extractus est, directione

Aquisgranensium & Porcetianarum.

Directione Gerardi, Chorus Consulis, qui Idem pulcher-
rimum, luminosum, & magnificentum Basilicæ Carolinæ <sup>Depic-
gitur</sup>
adjunxit chorum, ad limina templi portæ majoris, sub
lapide nigro, magnificè elevato, tumulatus est.

Fons hic anno 1620. structurâ & magnitudine insignis
in hunc modernum modum renovatus est, perpetuas a-
quas è quatuor canalibus grossis, ex alto diffundit, in
pragrande vas, ære fusum, ponderis 12000. librarum, la-
titudinis X. aut circiter. circumferentiæ pedum 30. Ex
eo cadunt aquæ per canales alios sex, in per amplum lapi-
deum receptaculum sculptum, & DD. Imperatorum figu-
ris ornatum: inde per plateas, ac in ædibus particularium
Civium derivantur fontes psurimi. Is Fons desuper statuâ,
ære fusa D. CAROLI MAGNI, Urbis Patroni, stantis de-
coratur, totaliter cataphracti, seu armati, ocreati, gladia-
ti, imperialiter coronati, sceptrum dextrâ, sinistra Mun-
dum gestantis, Germaniam, seu Orientem, conspicientis.

Tandem omnium funestissimus & luctuosissimus ca-
sus fuit, incendium 2. Maii 1656. [quod vidisse & memi-
nisse horret) incipiens è regione Parochiæ S. Jacobi,
& serpens; primò vicinas domos, mox vagante, & quasi
in plateas volante igne, obvia quæque ad ima usque fun-
damenta exussit. Urbem interiorem ferè totam cum Basi-
licâ & majorem partem exterioris, 20. tum Ecclesias, tum
Monasteria Regularium utriusq; sexus depavit: campanas
in turribus fudit &c. juxta communem opinionem & com-
putum 3. aut 4. mille domus, pleramque privatorum su-
pellectilem, facultates inæstimabiles hæc flamma con-
sumpsit. At tamen ex propriis cineribus post hoc grande
bustum iterum, quasi Phœnicea, hæc Civitas resurgit, &
quod ignis destruxit, mox reparabit aqua, & reviviscet
propitiante Numine supremo, per admirabilem & effica-
cissimam noviter inchoatam & institutam Thermopota-
tionem, augebitur, evadetq; famosissimarum famosissima,
& florentissimarum florentissima. Amen.

Hæc Urbs, tamen in valle sita, & montibus, ac sylvis <sup>encomiū
Urbis à
solo.</sup>
septa sit, insigni tamen gaudet aëris salubritate, folique
fecun-

6 De fottu & potu Thermarum.

fœcunditate, & amœnitate, ut, quocumque oculorum acies se diffundit, multa & varia ludentis Naturæ miracula deprehendere fit, quæ animos & oculos pascant. In proximo Urbis ambitu lata & longa ferè planities est, in qua pascua sunt, alendo pecori accommodatissima, sunt & in collibus agri pingues, omnis generis frugum feraces; hos ambeunt Montes sylvosi, igni alimenta præbentes, necnon materiam ligneam, saxeamque ædificiis abundè suppeditantes. Nec desunt fontes frequentes limpidissimi & dulcissimi, tam foris læta pascua irrigantes, quam intus in diversis Urbis locis, publicè & artificiosè in plateis deducti; sunt & multo plures privatorum in ædibus Civium salientes: præter hos erumpunt & scaruriunt etiam frigidæ minerales plures, sed nullius fermè usus.

ab Aquis
frigidis.

ab ædib⁹
sacris &
profanis.

à Rivulis

Territo-
rii & Vi-
ciniz
laus à mi-
neralibus
& metal-
lis.

Urbis magnificentia, & amplitudo tanta est, ut cum optimis Imperii Urbibus contendere possit. Præter Regalem Basilicam, & Collegiatam S. Adalberti, necnon 4. Parochiales Ecclesias, Cœnobia & Monasteria cum Viro- rum, tum Virginum habet quam plurima, ædificiaque elegantè ltructurâ: sunt & torrentes mediam Urbem perlambentes, munditiei, & Molis circumducendis servientes.

Jam verò si operta territorii viscera recludere, & scrutari lubet, miraberis tam variis & multijugis passim divitiis fœtam terram.

1. *Ad Orientem*, ubi Territorii fines clauduntur partim ducatu Juliacensi, partim ditione Monasterii ad Indam, sunt rupes *Lapidis ararij*, seu *calaminaris*, Magistratui propriæ, quas jam recenter frangunt, & eruunt pro augmento (ut dicitur postea) & fusione æris; in bonum publicum. In monte eodem inveniuntur *minera ferri*, & in ejusdem declivio ad vicinum pagum *Stendorff*, effoditur lapis sulphureus, ex quo *sulphur* pellunt, sublimant, & extrahunt, & ex magmate, seu capite mortuo, aëri fermentato ibidem *Vitriolum* conficiunt.

2. *Ad meridiem* paulo longius, diversis in locis *ferrum*, *Cadmia*, & *carbonem terrei* loco culinario, aut braxatorio aptissimi, passim extrahuntur.

3. *Ad*

3. *Ad occasum*, extra montes, infra miliaris spatium effoditur rurtus, & frangitur *Cadmia* genus (Vulgus lapidem calaminatē vocat) abundantissimè, quo æs Suecicum, aut Japonicum rubrum, ad auri colorem tingitur: illoque mixto in fusionibus violento igne fornacum augmentum accipit, crescit, & sese multiplicat. Non procul inde, magis à dextris, est minera *Plumbi* ditissima, quam ab aliquot annis Mercatores, lucri cupiditate allecti, magnis sumptibus, at vanis laboribus, supprimentes aquas extrahere, superare, & renovare conantur hydraulicis instrumentis, etiam noctu, diuque molâ ductis ultra 40. sed hucusque in vanum, & frustraneè uti dictum.

4. *Ad Septemtrionem*, Versus ditionem Rhodæ Ducis, ubique ferè fecunditate admirabili, ac inexhaustâ venâ, ustibiles terrei *carbones*, ferè infœtidi, eruuntur. Adeo Natura ipsa locū hunc locupletavit variis mineralibus, & metallis; ita ut nihil ad fœlicitatem perfectam deesse videatur, quam navigabilis Fluvius; quo tamen quamvis careat, cum ad Orientem Rhenum, ad Occidentem Mosam habeat, tanta est annonæ copia, ac facultas, ut multas, etiam Riparias, Urbes hoc nomine superet.

Nunc verò, ut Majestatem & magnificentiam Templi Carolini quivis colligere possit, per pauca, etiamnum durantia ex Chronico D. Beckii inferemus, qui ea accuratè narrat, ideoque è re videtur illum audire. *Intus tota moles aedificij octo pilis, vivo solido & secto lapide structis pulcherrimâ symmetriâ assurgit, & innititur; ac binas circuitiones præbet, sub geminatis testudinibus desuper, tam inferius, quâ superius contignationis pila octo, totidemq; arcus fulcit. inferius quidē nulla columna, superius vero ita peristylidium in gyrum adaptatum, ut singulis arcibus quatuor columna marmorea variegata, teretes è perigino orbe allata, capellis corynthis aurata, exornataque interserantur. ita, ut grandioribus duabus humiliores dua superlocate sint; præferuntque hæc columna sustinere arcus, attamen ornatus magis, quam sustentationis causa, posita sunt. Decoratur in-*
super

Majestas
& magnificientia
templi
Carolini
compendiose.

8 De foru & potu Thermarum

in super aliis marmoratis e porphyritico peregrino lapide ca-
lumnis, non striatis Ecclesia: Epistylis arcus, aurati iconi-
cis, cancellis arcu opere prisco triangulis, quadrangulis, &c.
in suprema circumfusione gyrum claudentibus intercolumna-
rum. Immo & portis simili arcu fasis solido. Observatu di-
gnum, templum hoc introrsum picturis in musivo, seu mu-
saico opere, singulari artificio variegato, diversis typicis co-
loribus, representare veteris & nova legis emblemata, qui-
bus quondam undequaque investitum, & incrustatum fuit:
quod quidem conspicuum sit, partim ex concameratione ve-
stibuli templi, perfectius ex nonnullarum fenestrarum ab-
sidibus; perfectissime, hodieque ex tholo triumphalis con-
vexura fornicis, qui supra coronam pensilem in umbelico
Basilicae conspectui se obijcit.

Pictura
incrusta-
ta.

In hoc praetacto opere Musivo sedes posita est ad exorien-
tem solem, supra quam in Majestate sedet Salvator noster
Christus Dominus, talari amictus chlamide, in circui-
tu sedis quatuor animalia, primum simile Leoni, alte-
rum in specie Vituli, tertium faciem Hominis ferens, quar-
tum vero similitudinem aquila volantis: inde stella au-
rata in orbem radiant, & subius sedentem hoc symbolum,
Quod quidem in labaris Imperatores, & Christi fideles in
annulis gestare solebant. His in orbem vicini visuntur vi-
ginti quatuor Seniores, qui assurgentes de Sedilibus proci-
dunt ante thronum sedentis, mittentes coronas suas. In ceteris
partibus cuncta auro, vitris solidis incluso, non ungue ma-
joribus coruscant: & ut Ima summis responderent, pavimen-
tum inferius & superius ex tessellato marmore arcifitiose
structum fuit, quod & nunc apparet ex quibusdam
reliquis in superiori pavimento relictis.



Pavimen-
tum.

Corona
pensilis.

In Umbono Templi, supra locum sepulturae D. Caroli
Magni, dependet Corona pensilis, bis octogona, à Frederico I.
Imperatore huic sacrosanctae Aedi impense devoto, dono
data: ex argento, pau xilloque arcu aurato conflata 8. tur-
riculis majoribus; octoque minoribus, icunculis 48. ex ar-
gento tuso, atque malleato ornata, & decorata, majores
24. ferme aniu pedu, alia vero 24. minoru, inter
quas

quas 48. etiam cerofera, seu luminaria sunt, & alia passim sub arcubus & testudinibus, quibus devotus Clerus, retroactis saculis 44. supra 400. cereos solemniter die, accendere solebat, hoc vero aevi medietatem vix collucere comperies.

Idem Fridericus I. Corpus D. Caroli Magni extulit ex sarcophago, & mox decenti loco rursus recondi jussit, partim in arcâ argenteâ, ara chori incumbenti, partim ad dextram muri primarij aedificii, in tumbâ sepulchrali, quam antehac tumulo Julij Caesaris, Ecclesia Ministri servivisse narrant, est ex marmore albo, undique artificiosissimè elaborato, & profundè; una parte, seu facie visibili, raptum Proserpina vivacissimè referente.

Sepulchrum.
Seu exitus
viae S.
Caroli.

Primaria fabrica Carolina, dum Civos aedificarent curiam, anno scilicet 1353. additum est Odæum, mira altitudinis undique lucidissimum, latum 50. pedes, & juxta proportionem longum: in medio Odæi conspicitur ex nigricante marmore pergrande monumentum Ottonis 3. Imperatoris, qui anno 1000. Septem-viros, seu Electores Imperij, instituit, & huic Basilica à Greg. P. P. V. septem Cardinales Presbiteros impetravit, qui soli in principe ara Missam audent celebrare.

Odæum;
Sepulchrum
Ottonis.
3.

Ara Princeps hujus Basilica inter Templum & Odæum cancellis ferreis columnaribus à choro distinguitur, atque operosa testudine clauditur. Ara huic superincumbit arca oblonga, ex cœlato auro, argentoque, opere prisco elaborata, in qua sacra lipsana primaria quatuor asservantur; qua stans septennii, concurrenti Populorum & Ungarorum multitudini ostendi solent.

Altare
B. M. V.
Lypfano-
thecca.

Ad dextrum introitus ad chorum est analogium, sive suggestus, è quo sub divinis Diaconus Evangelica legis oracula cantat, aureis laminis puris, argenteisque deauratis excultus, plurimisque gemmis, & lapidibus pretiosis ornatus est: solemnioribus solum diebus discooperitur. Donum est Hentici II. Imperatoris, anno 1011.

Suggestus
Evangeliorum.

Ara chori, seu tabella altaris, aureis laminis puris, Dominicâ passionem representantibus vestita est, diebus etiam

Altare in
choro.

solemnioribus aperitur, suntque ha lamina auri solidi; ad crassitiem aurei &c. & putantur desumpta esse ex sepulchro D. Caroli Magni.

Thronus Regius. In superiori templi ambitu, è regione ara principis, inter duas columnas, sedes est ex marmore albo, in qua electi Romanorum Reges inthronizantur: creditur ea esse quam hic D. Carolus Magnus locavit: propè inter duas alias columnas postum est Baptistrium, ad quod deferris solent omnes Urbis proles, tempore Paschali.

Baptistrium. Multa de hac sacra ade dicenda supersunt: sunt enim in sacrario plurima Christiana religionis monumenta, rarissima Divorum Ipsiensis, pleraque, ut patet ex Annalibus Francia, anno 799. à D. Carolo Magno conquesta, eidem partim à Patriarcha Ierosolimitano, partim ab Aarone, Persarum Rege, Amicis, dono data. Harum sacrosanctarum Reliquiarum icones, & cathologi, passim in Urbe videntur, sic superfluum est, à nobis hic exhiberi.

Reliquie. In laudem hujus Urbis ita orditur Basilica In festis sui Conditoris in Missa sequentiam: Urbs Aqnensis, Urbs Regalis, Regni sedes principalis, Prima Regum Curia.

Sequentia. Tandem præcipuè hanc Urbem nobilitant, & penè omnem admirationem vincunt, erumpentes aquarum calidarum, seu thermalium mineralium uberrimi simul & saluberrimi fontes, qui non tantum ratione ortus sui, sed etiam admirabili profiliendi, & scaturiendi modo animos intuentium percellunt, cum sponte sua, & sine artificio, secum beneficum calorem, è proprio Naturæ gremio, nullus flammæ indigi, præstantissimas medicinas effundant, in diversis afflictionibus, & morbis etiam desperatissimis usurpabiles, proficuas, & salutares; tam externè per fottum, quam internè per potum.

Thermarum origo. Hi fontes nec calore, nec humore deficiunt, tantâque abundantia scaturiunt ut singuli pluries, plures Balneorum alveos, eosque magnos, brevissimo tempore adimplere queant: & quod nullis thermalibus locis (quod sciam) concessum ust, triplicis generis, diversi calidi fontes medicati,

cati, è tribus diverſis mineris, ſeu thermophylauciis, nempe *Orientali, Occidentali, & Meridionali*, in numeris ſcaturiginibus profiliunt, variis etiam morbis applicabiles, ut patebit in ſequentibus.

Diverſitas thermophiliorum

Eorum quidam intra prima mœnia, alii non procul extra eadem, in iſſis mœnium foſſis; & tertii in ipſo vico ſuburbano, Porcet.

Locus.

In ipſâ Civitate veteri mediâ, aliquibus locis ſibi vicinis, unius modi, & quos generis primi faciemus, minerales-calentes fontes ſcaturiunt, & hos pro aliquali diſtinctione, ab apparentibus quaſi prædominantibus mineralibus, conjecturâ vulgari, *Nitro-ſalſo-ſulphuratos* nominabimus. Conſtituunt hi balnea *Cæſaris, parvi balnei, & S. Quirini*. Extra pluribus itidem locis etiam ſibi vicinis, partim in ipſis primis foſſis, partim juxta eas, alterius, & ſecundi generis, ſolum tepentes erumpunt, eoſque *ſulphuro-ſalſo-nitroſos* appellabimus, ſuntque ii balneorum *S. Cornelii Roſacei, & Compus Pauperum*. Tertii generis, & alterius pariter compositionis, & mineræ, aquæ copioſiſſimæ ſimul & ferventiſſimæ profluunt, & illos conjecturâ etiam vulgari ſine ſulphure, *ſalſo-aluminosos* dicemus. quid vero inter commemoratorum balneorum fontes ſit diſcriminis, ac diſcrepantiæ, quasque ſinguli particulates virtutes fortiri ſint, poſtea ſuo loco ſeorſim dicetur. De his omnibus belle, benè, breviter, baſſè, cecinit, egregius Poëta modernus. G. F.

Diverſitas ob mineralia.

*Magnifica antiquos Annales Urbis Aqwenſis
Qui ſcripſere, fidem faciunt, illuſtribus olim
Ante alias Mundi titulis, & honoribus Urbes
Hanc præceſſiſſe, Imperii Sedemque fuiſſe
Præcipuam. Bellis, & tempeſtaſtibus acta,
Temporis adverſi licet anguſtiſſima Regni
Atria perdiderit; veſtigia clara ſuperſunt,
Qua Majæſtatem ſolii Regalis aperte
Demonſtrant. Si quis præclara Palatia, Thermas,
Sive ſalutiferas morbis lethalibus undas;
Turres, & Fontes, Fora, Mœnia, Tempa, Plateas
Aſpiciat, meritos mirabitur Urbis honores.*

CAPUT II.

De Balneorum, & Thermarum Differentiis.

UT ea, quæ de Balneis, & Thermis Aquisgranensibus, dicturi sumus, dilucidius intelligantur, & majori Intelligentium utilitate ad alia etiam Balnea & Thermas applicari possint, methodo quadam de illorum, & harum Naturâ, Differentiis, & Causis in genere dicendum videtur. Hanc enim Doctrinæ rationem tradidit Aristoteles Physic. auscult. i. ut à rerum generibus progressus ad species fiat.

Balneum
describitur.

Est igitur Balneum generaliter omne, quod per modum lavacri adhibitum corpus nostrum juvare potest; vel quod sudandi, lavandi, detergendique usibus est destinatum. sic comprehenduntur omnis generis Balnea. v. g. aquæ dulcis, fluviatilis, vini, lactis, Olei, aquæ tepidæ, balneorum Romanorum, sive thermarum, etiam artefactæ aquæ, quæ in liquore habent varia simplicia pro vario Medici scopo, item aquæ calidæ medicatæ naturales minerales, quales sunt thermales nostræ.

Dividitur.

Balnea, quæ Græcis Valanea, Romanis etiam Balnea dicuntur, ratione aquarum distinguntur, ut alia constant simplici aquâ dulci, alia verò medicatâ sive quæ qualitates quasdam annexas habent, easque vel à naturâ, vel ab arte. Quæ aquâ dulci constant, quædam calida sunt, quædam frigida. Aquæ frigidæ dulcis lavacrum, etsi olim Medicis in curandis morbis usu fuerit, & Veteribus commendatum; hodie tamen à Nostris vix in ullo habetur medicinæ censu; fluviorum Accolis tamen passim servit.

Calidorum Balnea, quæ aquâ dulci constant, nulla sunt, quæ nativum ac spontaneum habent calorem, sicut aquarum medicatarum mineralium balnea, sed adscititium, vel communicato, vel adhibito foris igne. Hoc genus Balneorum olim in quotidiano serè usu fuit Græcis, atque Romanis; & in secundâ quidem valetudine inter delicias, in adversâ

adversâ verò inter præsidia habebatur, de quo multa non solum à Medicis, sed etiam ab extetnis Scriptoribus passim inveniuntur memoriæ data, ut de eorum usu, ornatu &c.

Aquæ calidæ dulcis est calefacere, tepidæ dulcis tepefacere, humectare, vias aperire, laxare, calorem in toto corpore æquare, per halitum digerere, mollire, lenire, somnum conciliare, ariditatem partium solidarum corrigere &c.

Aquæ calidæ dulcis effectus.

Horum Balneorum partes erant variæ. *Laconicum* Celso, *Tepidarium* Vitruvio, *Sudatorium*, *Frigidiarium*, *Unctuarium*; cæque accommodabantur, & administrabantur ad intentiones Medicorum.

Balneorum variæ partes.

Horum Balneorum ornatu, & decor admirandus apud Romanos fuit; de iis sic Seneca in Epist. 37. *Pauper sibi videtur, ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserint, nisi Alexandina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi ultro condatur camera, nisi Parius & Thasius lapis; quondam rarum in aliquo templo spectaculum, piscinas nostras circumdederit, nisi aquarum argentea epistomia fuderint; adhuc, Plebeas fistulas loquor: quid? cum ad Balnea Libertinorum pervenero? quantum statuarum? quantum columnarum est, nihil sustinentium, sed in ornamento positarum, & impensa causa? quantum aquarum, per gradus cum fragore labentium? eo deliciarum venimus, ut non nisi gemmas calcare velimus &c.* Statius de Balneis Etruscis sic canit.

Ornatus & decor.

Effulgent nitidis gemmantia Balnea saxis.

Langius epist. 50. Uno verbo, inquit, Dispercam, si Romanorum luxus, & delitia ullo in opere clarius spectentur, quam in magnificis balneorum fabricis. De his Auctores passim Cassiodorus, Seneca, Lampridius. Non solum Romani Balnea decorarunt, sed & Thermas naturales; Nero in Apono piscinam sibi construxit, lapidibus pretiosis & gemmis ornatissimam; Caligula Baias; alii Imperatores, Principes, aut Proconsules Romani, plurimas alias Imperii sui Thermas naturales: Antonius Badenses in

Amatores.

Germania; in Gallia Nero Nerias; Sextias Cajus Sextius; sed hæc magnificentiarum ornamenta vetustate temporum pleraque collapsa sunt.

Nunc de aquis medicatis, seu veris Thermis naturalibus, quæ aliquas à Naturâ substantias naturales, & qualitates habent, secumque portant.

Thermæ
naturales
quæ?

Naturales Thermæ sunt; quæ propriâ naturâ ac sponte, nullo scilicet externo calore, aut artificio adhibito calent, caloremque è terrâ, unde scaturiunt, secum deferunt, unde ab illo calore Thermæ dicuntur.

quoru-
plices?

Hæ inter se non parum deferunt. 1. quidem calor modo; sunt enim quædam tepidæ tantum, quædam calidæ: nonnullæ prorsus fervidæ, ut obsonia percoquant. Hæc tria genera hic Aquisgrani reperibilia sunt: de quibus postea sigillatim dicemus.

2. Aliæ sumuntur differentiæ à colore; nam aliæ profusolimpidæ, quædam autem cæruleo, aut viridi, aut lacteo colore, sese visui offerunt; quædam subinde colorem mutant, quædam minime.

3. Sunt & aliæ multæ differentiæ, puta à *Sapore*, à *Pondere*, à *Tactu*, videlicet siccitatis, oleositatis, ab efficacia &c. deductæ.

Potissimæ
differentiæ.

4. Potissimum, quæ ad rem nostram maximè pertinent, sumi possunt differentiæ ab illis substantiis mineraliticis, & metallicis; quarum ipsæ imprægnatæ naturas secum vehunt, & referunt: hæc putantur esse posse, v. g. *Sulphur*, *Alumen*, *Sal*, *Nitrum*, *Vitriolum*, *Ferrum*, *Æs*, *Plumbum*, aut id genus alia, quæ in visceribus terræ, & subterraneis locis ortum habent; ab his itaque ad imitationem frigidarum mineraliticarum dici possunt *Sulphurata*, *Aluminoſa*, *Nitroſa*, &c. Sed de hac re melius postea, suo loco dicetur. Sic itaque de compositis incipiendo denominationem à minerali prædominante.

Et inde
agnomi-
nationes.

CAPUT III.

Vade, & quomodo Aqua acquirant Mineralia,
& Metalla?

Libavius comment. alc. lib. 6. cap. 1. enumerans ea, quæ in intimis terræ visceribus reperiuntur, illa hoc modo recenset. *Frequentius in metallis occurrunt as, ferrum, plumbum, hydrargyrium: rarius argentum, aurum, stannum: in mineralibus mediis sal, sulphur, alumen, bitumen, succinum, auripigmentum, cum sandaracha & arsenico. Insuper stybium, plumbum cinereum, magnes, pyrites, varia Marcasita, aurea, argentea, arca, crysocola; in terrarum generibus boli varij, ochra, ferrugo, cadmia fossilis, glebosa: in lapidibus cadmia lapidosa, gypsum, marca, lapis armenus, lapis lazuli; præterea gemma, & gemmarum flores: insuper quæ ex iis oriuntur, vel cum illis inveniuntur, ut recrementa, in quibus sunt fuligines, halitus, vapores, scoria, vena metallorum, succorum calces, minium, carusa, arugo, ferri tahes, & his similia penè infinita: nequid dicam de speciebus, qua illis generibus subsunt; ut sale ammoniaco gemma, nitro petreo, vitriolo cœruleo, viridi, albo, id est sory, misy, melantheria, lapide oculoario & alumine concreto, liquido, fossili, globofo & succino albo, flavo; asphaltro liquido, concreto, ambaro, gagate & pyrite facundo, areo, argenteo, aluminoso, chalcantino &c. salphure nigro, rubeo, citrino &c.*

Quorum singulorum naturas, differentias, aut virtutes, si quis explicaret, crambem recoqueret, & Lectorem non nisi prolixo sermone fatigaret; Ideo brevitatis causa ad lectiones Authorum, de hisce scribentium, remittimus: inter quos Agricola, Libavius ipse, Cæsius, Geropius, Beccanus, Kircherus &c. ex quibus constat terram scaterere innumeris mineralium & metallorum speciebus, quas aqua alluens, ut receptaculum, & vehiculum apertissimum, multiplices

Enumeratio eorum, quæ in terræ visceribus reperiuntur.

Authores de his scribentes.

tiplices, & inenarrabiles fontium varietates concipit, & prodit; ita, ut vix una unquam ejusdem naturæ, seu mixturæ reperiat cum aliâ.

Primordia aquarum medicatarum.

Tot ergo metallarum species & varietates, tot Mineralium, & Succorum subterraneorum differentiarum, benè primordia aquarum medicatarum, ac scaturiginum bases habentur, quibus aquæ subterraneæ tinguntur, qualitates, imprimuntur, & facultates deferuntur.

P. Athanasius Kircherus mixturam simplicium aquarum medicatarum sic concipit, & tali paradigmate demonstrat l. 5. sect. 2. *Mund. subter.* Sit hydraulicum quoddam A, quod per diversa telluris diverticula in diversos fontes B. C. D. E. F. G. erumpat: transeatque aqua per di-

Paradigma Kircherianum mixturæ simplicium aquarum medicatarum.

verticulum, seu canalem A. in B. sabulo, arenâ, aut per duris silicibus scaturientem; dicit fontem B. dulcem fore, cum canalis nullam contineat materiam, ex qua aqua tingi, & imbui possit: Transeat vero



aqua per canalem A. in C. sale refertum; dicit fontem C. salsum futurum, talem scilicet, qualis vena est, per quam transit Salina: Egrediatur ex A. in D. dicit fontem D. nitroinctum iri: eodem quoque pacto aluminosum E. vitriolatum F. ferratum G. sulphuratum H. ea videlicet re, qua canales, per quos transeunt, referti sunt. Pro compositis medicatis, comparatione prius facta fluminis principalioris in superficie telluris ex diversis rivulis variè divaricatis conflatis: supponit etiam, aquas subterraneas per diversos canales hydrogogos, ramatim divisos, divaricati, & ramos

mos per diversas diversorum mineralium aut metallorum species transire, tingi & imbui, easque dum in unum fontem corrivantur, multiplici diversarum rerum, viriun- que fœtura compleri: exemplo comprobat, & secundum hoc paradigma concipit, & hoc modo explicat. Ex A. per

canalem H, sulphureum transiens aqua in K. & I. divaricatur, illinc per venam canalis salugineam, hinc per nitrosam: unde sulphurea materia canalis H. mixta canali- bus K. & I. salinae scilicet &



Paradigma mixtura aquarum medicatarum compositarum.

nitrosæ, mixturam faciet illinc *sulphureo-salinam* hinc *Sulphureo-nitrosam*: Rursus canalis K. divaricatus in L. & M. vitriolatam illinc, hinc aluminosam offendens venam, præcedentium confluxu aquarum tinctam producit in fontibus L. & M. in M. quidem aquam *sulphureo-salfo-aluminosam*, in L. vero *sulphureo-salfo-vitriolatam*. Iterum rivus L. subterraneus divaricatus ex L. in auriferam O. illinc in P. ferratam venam; transiens in P. producet aquam *Sulphureo-salfo-vitriolo-ferream*; in fonte, O *Sulphureo-salfo-vitriolo-auream* mixturam proferet: & quod de hisce dicitur, de omnibus reliquis rivis K. M. N. & H. I. Z. S. T. intelligendum est; donec in R. omnes corrivati canales per quæ transferunt mineralia, fontem R. omnibus mineralium speciebus, viribusque compositum constituent.

Verosimiliores sunt tales conceptus, nisi quod omnium primò *Sulphur* H. à suo hydraulico A. supponat dissolvi, quod tamen nunquã fit, nec fieri potest, nisi à fonte salino

An & quomodo Sulphur dissolvatur.

C

lino acido, melius calido, quam frigido, &c. Ideoque suspicandum sulphur alibi solvi & imbibiri: interim conceptus illi infra nostræ opinionis, de calore actuali thermarum inservire, & maximè applicabiles esse poterunt cum explicationibus ideoque hic NB.

Aqua-
medica-
tæ imbi-
bunt
realiter
minera-
lium
aut me-
tallorum
vires &
substan-
tias.

Pro ulteriori resolutione secundi quæsitæ, dicimus Fallopius lib. de Therma. aq. cap. 8. ternas mineralium, metallorumve immixtiones recensere 1. materialem seu corporalem, 2. spiritualem, 3. confusam. Primum autem modum unicuique sustinemus: & hunc modum agnovit Aristoteles 1. de sens. & sensil. dicens, *tales sunt aqua, qualis est natura eorum per qua transeunt*: & Gal. 2. de simpl. med. facult. dum ait, *qua exactè & sincerè aqua est, si per bituminosa, sulphurosa &c. loca decurrens, substantia aliquid absterferit, secumque detraherit &c.* testes sunt sensus ipsi, hujusce mixturæ mineralium fidissimi, colores, odores, saporis &c. imo examen & disquisitio spagyrica illarum aquarum, hoc ipsum manifestat: tum denique eorum facultates præsentis aliquas substantias adesse satis arguunt. Nec de metallis est difficultas, si modò cum Tabernemont. & Henrico ab Heer Spadacrene cap. 7. intelligamus, supponamus, & dicamus de necdum perfectè coagulata, & verè fixa, sed de molli, tenera, & facilè conceptibili metallorum radice esse mixturam hanc: Nam licet aquæ acquirerent mineralia, metallave, mediantibus spiritibus volatilibus, vaporibus, exhalationibus, atque essentiis elaboratissimis è metallorum, aut mineralium matricibus, per telluris poros, aut rimas, communicata attamen hæc spiritalis, tincturalis, virtualis mixtio, ipsissima substantialis; corporalis, & materialis mixtura est; ut fuse probat D. LAMZWEERDE Phil. & Med. Doct. in monitis salutaribus fol. 33. l. 20. & fol. 34. l. 35. & nos hanc ipsam fusius probabimus infra cap. 10. Ecce quam erroneè & pertinaciter aliqui obtrudere volunt, illos alios modos, *spiritaliter, virtualiter, tincturaliter* ignorantes quid proponunt, valeant ergo subtili-

rates illæ futiles, *spirituales, virtuales, tinctoriales*, impref-
sivæ mixtionis thermalis.

Mixtura confusa nulla est, cum effœta sit, & nullius
energiz, nec qualitatis, & nomine mixturæ indigna est
solæ enim subsidentiz sunt. v. g. arenarum, argillarum,
scoriarum aut ramentorum metallorum, lapidum &c. ita-
que solummodo substantialiter, realiter, corporaliter, ma-
terialiter verè miscentur aquæ medicatæ, tam frigidæ,
quam calidæ; melius verò thermales quæ acquisito actua-
li calore adjunctæ, facultates & proprietates mineralium,
aut metallorum occurrentium maximè concipiunt, exu-
gunt & quasi exhauriunt: harum efficaciores & potentio-
res illæ, quæ in officinâ ipsâ naturali minerali, aut me-
tallicâ matrice abundantanti dotantur, quam quæ in paucâ,
& extra mineram, nimirum in canalibus aut alibi per-
funduntur.

Confusa
mixtura
indigna
nomine
mixturæ.

Adjuva-
mentum
mixturæ

Jam obiter, si eas perscrutari placeat, considerari pos-
sunt 1. simplices aquæ v. g. *salsa, ferrata, plumbea, area,*
aluminosa, sulphurea, bituminosa, nitrosa, vitriolata,
&c. quarum minera sit *sal, ferrum, plumbum, as, alumen*
sulphur, bitumen, nitrum, vitriolum &c. quæ omnes in
aperto vires & facultates, suæ mineræ proprias represen-
tant, semperque vehunt & exerunt; v. g. *salsa aqua*, ab-
stergunt, adstringunt, attemperant, expurgant, a putre-
dine vindicant, incidunt, siccant, calefaciunt, roborant,
fecundant &c.

aquarum
salsarum
faculta-
tes

Aque nitrosa scabiem sanant inflammationibus & tu-
moribus auxiliantur, urinam ciunt, strumas imminuunt,
detergunt &c.

Nitrosa-
rum.

Aluminosa vomitum compescunt, crebros mu-
lierum abortus, & immoderata profluvia prohibent,
ulceribus oris & gingivarum medentur, motus dentium
firmant &c.

Alumi-
nosarum.

Vitriolata, obstructions solvunt, hydropisi subveni-
unt, stomachum confortant, languentem appetitum ex-
citant &c.

Vitriola-
tarum

Sulphuratarum.

Sulphurata siccant, discutunt, nervorum affectibus balsamicè medentur, steriles fecundant, cutis vitia & scabiem curant, Paralyti, Spasmi, tremoribus profunt, menses movent, asthmaticos & suspiriosos juvant &c.

Bituminosarum

Bituminosa consumilibus facultatibus pollent, capiti tamen nocent &c.

Ærcarum

Quæ *æris* naturam habent, oculorum vitiis, gingivarum, renum, vesicæ &c. conferunt.

ferratarum.

Quæ *ferrata* stomacho, hepatis, lieni salubres sunt, sicque de aliis metallicis & mineraliticis aquis.

Aquæ compositæ variorum mineralium &c. substantias que un obtinere.

2. Considerari etiam possunt ex eisdem mineralibus & metallis aquæ compositæ, quæ non unius solum, sed plurimum mineralium, aut metallorum substantias, vel tinturas obtinent, quæ ob id, interdum plures, & contrarios effectus edunt; non tamen à facultatibus imbibitorum mineralium, & metallorum alienos: Horum omnium effectuum, etsi diversorum rationes accuratus Naturæ scrutator, ex ipsorum mineralium, metallorumve proprietatibus facile deducet, & demonstrabit.

Sympatheticæ mineralium &c. facultates cum corpore animalis

3. Si insuper idem ille scrutator corresponsum, harmonias, & influxus corporum cœlestium ac Planetarum (non negandi) pro unoquoque minerali aut metallo proportionaliter admittat, ut multi admittunt, & adscribi volunt; Velitque mineralia quæque & metalla in aquis etiam concepta. corpori humano applicata, virtutibus sibi insitis speciali caractere & magnetismo ad aliquos humores, & membra confluere, ad quæ naturali amoris philtro concitata sunt, ac facultates sibi congenitas sympatheticâ etiam facultate in hæc, vel illa exerere; hoc pacto aptissimè asseret, auratas cordis, ferratas hepatis, & lienis, æratas renum, uteri, & vesicæ morbis conferre posse: Sicque de cæteris Planetis, Metallis, principalioribus corporis partibus, & humoribus.

Et quartæ qualitates considerari possunt.

4. Immo si cum *Chymicis*, corporis humani constitutiones & humores plurimis mercurialibus, salinis volatilibus, fixis, acidis, nitrosis, tartareis, vel sulphureis morbis, & causis morbificis constare affirmet, iisdem videlicet rebus,

rebus, & succis, quibus mixta in Geocosmo constant; drobetque fieri posse, quod aqua (cui exacte commiscetur similia, aut contraria) probè usurpata, miros quosdam, ac saluberrimos effectus in Infirmorum infirmitatibus, & symptomatibus, v. g. dum similia similibus conservare, vel contraria contrariis curare, præstare &c. potens sit; virtutibus eorum omnium quippe, beata: Neque enim putandum, omnes horum effectuum causas, à primis solum, aut secundis qualitatibus dependere; sed etiam à tertiis, & aliis quartis, particularibus, & specificis; quæ maxime Thermis in sunt, ut postea dicemus, cap. 12. Curiosas de fontium origine indagaciones hic omittimus, & aliis relinquimus, ut tanto citius ad thermas veniamus.

CAPUT. I V.

De causa Caliditatis Thermarum.

INter multa miranda quæ thermis insunt, plurimum fatigavit, & nunc fatigat Magnorum virorum ingenia, calor actualis fontium, quem in aquis sponte nascentibus, sensu teste,prehendimus: Nullibi major opinionum varietas de nulla re majus dubitationum Pelagus: Quid enim mirabilius in rerum natura calidis aquis? e frigidâ terrâ contra elementi naturam perpetuo tenore scaturientibus? conveniunt omnes, thermarum caliditatem adventitiam esse, adeoque causam ejus aliunde investigandam censent. Commodum igitur fuerit causas harum rerum fusius inquirere. Itaque.

Calor fontium actualis.

Adventitius est.

Ingredior, Sacras ausus recludere Thermas.

Veteres vix ullam caloris istius causam in terris deprehendentes ad causam communem & universalem atherium scilicet calorem recurrerunt ut Zeno Philosophus, Cleanthes, Crypsippus, Thermophilus, & hi specialiter Soli attribuant.

Dum vix possit per septa Domorum,
Insinuare suis radiis ardentibus æstum.

Non à
Sole.

Quis Soli tantum Thermalem fervorem tribuet? quo videmus porcos depilari, gallinas deplumari: deinde radii solares aliter æstate, aliter hyeme pro ratione temporum, & ob refractionis diversitatem operantur, thermæ autem eodem tenore caloris fluunt: Sol ab hoc hæmispherio recedit; calorem thermæ non remittunt.

Hinc *Mileus* pro calore thermarum permanente talem causam minimè sufficere putavit, illam autem flatibus & vaporibus tribuit.

Non à
flatibus
& vapo-
ribus.

Nec his satisfacit, uniformis effectus ab uniformi & minimè variabili causâ deducendus est; quod flatibus & vaporibus in aquâ non contingit: vel enim facilè exhalarant, vel aquâ suffocarentur, vel calorem hunc ambientes lapides & terra supprimerent, vel confestim illi interpolati per aquas, utpote tenuiores, & subtiliores, fugerent.

Alii *motu violento* putarunt incallescere aquas, motu res incallescunt; motu velocissimo plumbum liquefcit, attritu duorum corporum ignis elicitur, immo curruum axes incenduntur &c.

Non à
motu vi-
olento.

Nec hæc quidpiam probant pro perdurante causâ caloris thermarum: aquæ enim non sunt solida corpora, deinde videmus fluvios impetuosissimos moveri; ut Rhodanus & Tigris & tamen frigidose esse.

Proximus rem ipsam attingere conatus est Democritus, Hippocratis coævus; qui, referente Bacchio l. 1. de thermis cap. 17. & Savonorola l. 1. de Bal. cap. 1. vult in ventre terræ, esse *montes calcis* quos lambens & permeans aqua ignescat; ob idque erumpat calida: Vivæ enim calcis infusam aquam fervere, docet Seneca; & certum facit experientia.

Non à
subterra-
acis cal-
cis mon-
tibus.

Sed Democritus bene refutatur ab Aristol. Agricola, à Porta &c. quia aquam calx non calefacit; nisi prius ab igne fuerit percocta & elaborata; Sic ergo in terræ visceribus ipse, concedit ignem, vel negat? si primum caliditatis causam male facit calcem; dum præsentem habet ignem:

fin

sin alterum ; ubinam calx unquam viva sub terris visa ? vel effosa est ? & quærit Julius Alexandrinus l 7. *salub. cap. 4.* Ponamus aliquid simile reperiri ; putandum ne calcis ejusmodi materiam diuturno thermarum fervori, per millena sæcula sufficere posse ? an semel extincta calcis materia rediviva conspiciatur ?

Alii *putredines subterraneas* promovent ad causam caliditatis thermarum.

Non a putredinibus subterraneis.

Sed ubi hæ tantæ ? ubi continuæ ? ut continuo & durabili fervore foveant aquas ? nonne abundantia & copia aquarum compesceret putredinem & eam suffocaret ? & nonne ipsa falsedo thermis ordinaria, illas impediret ?

Alii nativum terræ calorem seu *calidas exhalationes terræ*, singulari providentiâ concessas, caliditatis causam agnoscunt : referuntque fossiles, similes calores in metallorum & mineralium fodinis reperiri , quodque subterranea loca plurimum in hyeme incalescant , quod fontes tum calidi erumpant , &c. Verum si daretur *calorem* quemdam *blandum* producere mineralia ; aut etiam in metallorum fodinis eum reperiri , nunquam tamen assequerentur calores illos ferventes thermarum : tum multi fontes etiam sine mineralibus perpetuo essent calidi ; quia calores illi in multis locis sunt expansi ; deinde facile re-actio frigida aquæ extingui possent , aut etiam frigida terræ retundi ; fontium autem in hyeme tepor, ex *antiperistasi* notus est.

Non ab Exhalationibus terræ calidis.

Alii *fermentationibus* vini, cerevisiæ &c. quid simile allegant.

Sed tales fermentationes sunt impares ut perenniter constituent thermas in tanto, & tali fervoris gradu.

Non a fermentationibus.

Tandem aliqui , qui præcedentes omnes relinquunt tanquam in sufficientes, confugiunt ad *ignes quosdam actuales subterraneos* terræ cavernis inclusos, qui possunt aquas ex vicinia reddere ferventes ; ex longinquo tepidiores : hujus opinionis fuerunt & sunt authores plurimi, similesque ignes, narrant in Islandia, in monte Hecla, in Colephonto, in Scytia, in monte Chymera, in Italia **montis**

Ignes actuales subterranei.

montis Vesuvii, & in Sicilia montis Æthnæ incendia : P. Kircherus, mund. subterr. l. 4. sect. 2. in plurimis mundi partibus plurimos alios recenset : Arist. l. de mundo, hanc opinionem sustinuit : Seneca quoque idem statuere videtur; dum inquit *ignes multis in locis terra operta tegit, & aquas calefaciendo inalterat*. Hoc ipsum Pontanus innuit, cum dixit.

Late multum tellure sub imâ

Debacchari ignem, camposque exurere apertos

Unde fluit, Calidum referens ex igne Vaporem

Unda fugax : tectis feruent & balnea flammis.

Perspicuum actualis ignis & intercurrentium simul aquarum calidarum inter Puteolos & Neapolim in campo Vulcani, qui *Sulphuraria* dicitur, haberi autumat Bacchius l. 1. de therm. cap. 18. hos ignes subterraneos, thermas producentes, simili figura ostendere conatur P. Anastasius Kircherus l. 5. Mund. subterr. sec. 2. Imaginari vult subterraneam regionem in qua A. Pyrophyllacium

Figura
ignium
thermas
producentium

quod per canales suos Pyrogogos, sive caminos, in omnem partem ramatum porrigat calorem, cujusmodi sunt L. P. S. A. B. D. G. H. si itaque reconditorium aliquod v.g. B. illi immediate superpositum fuerit, certum est ex æstuantissimis halitibus igneis, qui ex Pyrophyllacio A. continuo per canalem A. B. expirant aquas, in cratere B. contentas, summum æstum concepturas, ut fit in Bulicamo Witerbiensi, in foro VVulcani, in monte Hecla si vero dicti halitus per canalem



canalem hydragogum L. R. S. in hydrophilacium V. se insinuaverint, parvum futurum in thermali aqua S. & minorem in W. & minimum in X. thermis adiacentibus; donec ita remotæ fuerint ab A. ut penitus tandem omni calore exutæ, frigeant. Idem dicendum de canali D. G. H. pyragogo, per quem spiritus ignei pertranseunt, sese exonerant in aquaticos crateres E. & F. qui aquas, deponunt in fontes Z. & Y. Contingit autem subinde pyrophilacium, quoddam hydragogum offendere canalem, ut videre est in pyrophilacio D. quod canalem ab igneo suo vapore stringens aquam, magno æstu imbuit, Unde aqua, in thermis Y. exonerata, pariter ferventissima erit.

Videtur R. P. Kircherus hic, Synthesim & analysim, seu naturam & constitutionem corporis Microcosmici imitasse, in quo venis subductæ sunt arteriæ, tanquam canales pyragogos portantes calorem naturalem vitalem, & tales ferè calores toti corpori & sanguini illarum communicantes, & foventes; quales canales pyragogi Geocosmici subterranei, canalibus hydragogis Geocosmicis impertiunt: de his iterum postea melius in fine capituli. Quin immò contingere potest canalem pyragogum intrare & solum lambere aquas canalibus hydragogi, simulque proferre flammam, & effluere aquas; quæ vix calidæ erunt, ut in fonte ardente Delphinatus, ubi flammæ una cum aqua prodeunt, & flamma promans aquam vix calefacit &c. D. du Clos in obs. aq. min.

Ut autem has opiniones defendant, etiam imaginari sibi debent; vel ignem cum aqua hanc naturalem ambire amicitiam, & tantâ harmoniâ cum aquis maritali, & uniri, ut aqua ignem non exstinguat, nec ignis efficacissimus, & positivus hostis, sibi contrarium humorem non perdat, quod absurdissimum esset: vel aquas thermales semper in locis subterraneis, tanquam in lebere, contineri & calefieri: Sed, unde minerales? unde calor ille sub terrâ concipitur, ubi nullus unquam conspicitur ignis? ut in hisce, & aliis plurimis locis: quid subest, quod illum ex-

Calor actualis fontium non ab igne subterraneo solo.

citet? cur non avolat? cur non defectu spiraculorum extinguitur? unde alitur? ut tot sæculorum spatio v. g. à millenis sæculis & amplius durare possit? *Ignis sine pabulo nihil est* inquit Doctif. Scaliger, in exercit. 9. ad Cardanum.

Materia
& pabu-
lum ignis
subterra-
nei.

Hinc ignis hujus *actualis materia* non una ab omnibus declaratur; Aliqui alumen: alii bitumen; alii sulphur; alii cineres & prunas designant: & etiam vacillant, in ignitionis, & calefactionis modis ac locis.

Non alu-
mena.

Qui *alumen* assignant pabulum, parum subsistunt: quod siccum, terreumque sit: quod multum de sale communi participet, igni semper adverso; lætissimus est ignis in materiis oleosis, vel in siccis aëreis, quibus omnino caret alumen &c.

Non bi-
tumen.

Quibus pro pabulo ignis, *Bitumen* arridet, ut Agricola, l. 1. de ortu & caus. subterr. his rationibus suam assertionem confirmare nituntur: quod *Bitumen* facile *flammam* concipiat: quod vix aqua nisi multa, extinguitur; immò, esse aliqua bitumina, cum quibus aqua magis ardeant; quorum mentionem facit Plin. l. 2. hist. natural. statuit item Agricola tale bitumen in fundo aquarum ardere &c.

Non om-
nes fon-
tes calidi
sunt bitu-
minosi.

Sed fontes calidi non omnes bituminosi sunt, quales Porcerani nostri ferventissimi, qui nullum signum bituminis habent, nec fontibus continuo apertis unquam ostenditur: prout nec in fontibus Casareanis, nec alibi: superficialia illa visibilia dum refrigescunt, concretio fluitans, in illis flos salinus est, ut dicemus postea; non bitumen aut sulphur. Ulterius falsum putamus quod bitumen immediatè sub aquis ardere possit, sed accensum potius superficiem tantum aquarum lambere, ut non suffocetur, hoc autem incapax esset tanti fervoris, in tantâ aquarum thermalium copia, quanta hic habetur. Considerandum ultimò uniformitatem perpetuam caliditatis thermarum, per incendia bituminis continuari non posse.

Non
Sulphur

Celebriores alii, cum antesignano iterum Aristotel. l. de propr. element. sect. 24. problem. 18. & l. 2. Meteor. Sulphuri

phuri causam caliditatis actualis adscribunt : quod Bacchius l. 1. de therm. cap. 19. subterraneis ignibus, singulari dispositione Naturæ dicit destinatum.

Famosa & communis est hæc assertio : quam etiam suis rationibus confirmare conantur. Quod nullum fossile reperiatur, quod citius flammam concipiat, retineatvè diutius; addunt sensus ipsos testes esse, sulphur odore, sapore, visu, in thermis observari, proptereaque illud continuo per singularium partium accessiones ut alia fossilia regenerari, propagari, &c. & cum Lucretio, *Semina rerum ex infinito satis omnia suppeditari* &c.

His positis solliciti adhuc valde manent de loco & modo calefactionis : si sulphur incensum sublatère dicant suffocabitur & extinguetur aqua; si desuper; si undique ignem sulphureum habent thermæ, quomodo cineribus supernorum ignium, circumstantiumve deciduis, non impediuntur ductus, & canales scaturiginis fontium? Vel saltem non alibi exitum quaerent? desertæque deserent ignes : si in vicinia statuunt locum ferventium quidem proximum, modicè calidorum remotiorem, ut aqua tanquam in lebetè, effervescat : quis ejusmodi canales pyragogos tanto artificio fabricavit? ut per eorum parietes, aquæ tam copiosæ & multæ calefant? unde si aquæ, non tangant mineras accensas, imbibentur thermæ reali imbibitione sulphuris? unde sales quos comportant habebunt?

Notandum hic obiter quod nullus hætenus observavit, tria nostrorum fontium thermophylacia exponere de suis gazophylaciis quotidie plurima nullia librarum *salis* : quæ certe ex cineribus ignium flammæ, aut prunæ fieri nequeunt, ut enim tantâ copiâ produceretur, quanti ignes subterranei actualis deberent esse? quantum pabulis &c. integrarum Provinciarum subterranearum, aut Regnorum ignes non sufficerent : deinde sales tales ignium, aut flammæ semper sapore lixiviosi essent, thermarum nostrarum etsi contra Doctiss. Sylvium & Parisienses apud D. du Clos &c. nunquam Unde postea sulphuris incen-

Quotidiana salis ejectione fontium horum calidorum.

Sulphuris incensæ natura.

si? ignem flammæ ibi esse non est verosimile, nam ut Cardanus dicit *l. 2. de Elem.* respiratione indiget manifestâ: ille canalibus & parietibus inclusus, coercitus; extingueretur: terræ motus frequentes, sequerentur, est enim sulphur incensum indomitæ, & efferatæ naturæ, torrentis instar quæ versus se diffundit, repagula diffringit, & quidquid in oppositum venit destruit aut in præceps deturbare conatur: Aliquando denique talis ignis visus esset, erupissetque saltem per intervalla iis in locis ubi thermæ sunt, at quis Unquam observavit? Scimus in Meteoris phænomena exhalationum sulphuratarum, Nitrosarum, Vitriolarum &c. flammam concipere: Scimus, fossiles, investigantes Mineralia aut Metalla, comportatâ candelâ, aërem antrorum incendisse, Vestes operatorum combussisse: Item in fossis carbonum subterraneorum quandoque aërem inflammari: licet tales ignes sint sulphurei, aërei tamen sunt ac minimè durabiles, nec unquam tales, qui aquas, ibidem stagnantes calefacere possent. Quid tandem dicent de fontibus sulphureis frigidis? quid demùm de calidis sulphure carentibus, quales Porceranæ calidissimæ &c. Finaliter quid addent de alternantibus thermis modo calidè, modò frigidè fluentibus? quales Biperinæ in Germania, quisillarum ignes resuscitat? quis extinctos reaccendit? quis extinguit? quis renovat: Henricus Rochas medicus, desertam in Galliâ sulphuream calidam scaturiginem aquarum thermalium mineralium inuestigans, similes actuales ignes, sua experientia, & suorum labore, imaginarios esse adinvenit. *tract. de aq. min. cap. 1. de aq. sulphur.*

Ignis famosorum montium unde?

Nec juvant hanc sententiam ignes montium Æthnæ, Vesuvij, Heclæ & alij innumeri: hi enim non latent, liberio rem aërem nanciscuntur, spiraculis & pabulo fruuntur, quibus persistunt. Hinc patet, quam falsa fuerit externi vulgi Opinio Bussi Aquensis Anni 1656. processisse à sulphure & sulphureis fontibus, cum fons Cæsareanus solus, iis apertè dotatus sit, & intactus perseveraverit, utpotè probè tectus; nec in tantâ copiâ illud possidens, ut ab eo Civitas ardeat. Super

Supereſt alia quam ſubtilitatum Auctor *Cardanus l. 2.* cum aliis innuit ignem prunarum ſcilicet & cinerum.

Sed quis unquam prunas ignium, cineribus opertas in terræ viſceribus repertas, retulit? & hi qui prunas & cineres volunt, neceſſariò ignem actualem præſupponunt: & tum eiſdem argumentis antecedentibus refellitur.

Non ab igne prunarum & cinerum ſubterraneo

Paracelfus, ut omnes has difficultates evitaret, ab initio mundi ſic creatas, & diviſas calidas pronunciat. huic ſuccenturiat *Franc. Fabritius* dum ſcribit; *Primum itaque, ac præcipuam cauſam puto Dei, omnium rerum opificis voluntatem, hac etiam parte declarantis nobis, non ſolum ſapientia, potentiaque; ſed & ſumma in nos benignitatis ſue divitiis, qui ne uſque deeſſet; quod humana imbecillitati, tot morborum agminibus obnoxia ſuccurreret, tot tamque varia remediiorum genera terra, marique producta, aquas quoque ſalutares, ac medicâ facultate pollentes, è terrâ proſiliree juffit; quas miniſterio ſtellarum, proinde ac reliqua omnia ita moderatur, ut inſtitutam ſemel legem curſumque perpetuo obſervent. Hæc ille.*

Opinio ſuſtinentis aquas ſic eſſe creatas.

Camerarius cent. 5. partie. 40. ex Sennerto l. 4. epitofcient: naturalis, cap. 10 innuit aquas incaleſcere in concuſſu mixtionis, à repugnantia ſpirituum in eiſdem contentorum, efferveſcentium &c.

Aliquid apparentiæ haberet hæc opinio, ſed ob ſubtilitatem nimiam prædictorum ſpirituum, nimis cito avolantium, non ſufficienter explicatur perennitas & durabilitas calorum thermalium &c.

Non à concuſſu ſpirituû.

Nos verò, qui prædictarum cauſarum efficientem nullam ſolam actualis caliditatis omnium thermalium eſſe, oſtendimus *binas caliditatis earundem cauſas*, in medium proferemus, quas ex præcedentibus reſuſcitabimus; nempe octavam & quartam: eaſdemque explicando, & diſtinguendo, validioribus argumentis ſtabiliemus atque confirmabimus.

Dicimus ergo primò & repetimus, quofdam fontes calidos eſſe qui ignium ſubterraneorum, montiumque ardentium calore actuali ſoventur; & hoc propter manife-

Prima opinio.

Sunt fontes qui ignium subterrancorum montium. que ardentium calore actuali foventur

stos & notissimos tales ignes : horum Italia suos nutrit, sunt & alii alibi : sive id fiat per spirituum igneorum penetrationem & commixtionem : sive per vicinias pyrophilaciorum, per canales P. Kirckeri pyragogos; sive per circumstantias, aut decidentias exustarum materiarum, sive per elambitionem superficialiam, aut aliter &c.

Sciendum tamen, horum fontium paucissimos minerales esse, alios minimè, hos agnovit Arist. in Magnesiâ, Strabo l. 2. Geograph. *Aguas Gestanas*, Plinius apertissimè l. 15. *hist. nat.* dum dicit *Nec vero omnes, quæ sunt calida medicata sunt*, sicut in *Egesta Sicilia, Larissa, Troade, Magnesia, Melo Lipara &c.* Vitruvius l. 8. cap. 3. idem sentit, aitque, *si quis in his locis, qui supra sunt, fontes aqua dulcis nascantur, offensi eo vapore effervescent inter venas, & ita profluunt incorrupto sapore &c.*

Similes pertranseuntes, ac morantes aquas supra pyrophilacia thermari, ac calefieri, recenset in Italia plurimos, Fallopius l. *de therm. aq.* cap. 5. ut aquas D. Bartholomei, in agro Patavino, quæ frigidæ ingredientibus balneum seu alveum, cum ibi sunt, statim incalescunt : Item aquam S. Joannis apud balneum de Corsena, in agro Lucensi, de Corneto in Senensi, in Pisano alias &c. ridetque Medicos Etruscos, mittentes ad illos fontes Infirmos, cum similes ex aquâ tepefactâ domi habere possent, similis fortè fons est ardens in Delphinatu D. du Clos in Obs. & corall. examinum aquarum mineralium Galliar, impress. Parisiensis pag. 195. impress. lugd. Bat. pag. 122. &c.

Finaliter tantum sollicitos nos reddit Thermarum compositarum è mineralibus, sine ignis inditiis caliditas qualis fontium *Aquisgranensium & Porcetanorum &c.* pro his ergo & similibus.

Aquæ thermales mineralibus imbibitæ suat.

Supponimus 1. Aquas Thermales omnes, extra ignes subterraneos (ut nostras) certò certius mineralibus thermanticis maximè imbibitæ, & imprægnatæ esse; quod rudes & omninò imperiti sensuum ope dignoscere possunt.

Supponimus 2. omnes sales aliquid acidi aliquid alkali seu fixi possidere, & hoc Spagirici demonstrant.

Suppo-

Supponimus 3. sales & spiritus unius generis sibi ipsis consimiles naturas habere, ut sales & spiritus aluminis, sales & spiritus nitri, vitrioli &c. Alios autem aliis dissimiles, & contrarias, ut sales & spiritus acidi, alkalis, quod lippi & tonfores norunt.

Natura salum.

Supponimus 4. unius generis sales, aut spiritus aliis dissimilibus occurrentes, inter illos summam exurgere contentionem, & pugnam, & sine respectu circumstantium, pro dominatione alios oppugnare, turgescere, effervesce-re aliquando ad ignitionem usque, è contra consimiles, & symbolicos quietos & torpidos manere, & hoc triuiale est.


Contentio & pugna.

Supponimus 5. sales hos, vel potius eorum spiritus acidos, omnium glebarum mineralium, metallo-mineralium, & metallorum dissolutionis esse claves, ex illis sic, vel sic mixtis confici aquas regias v.g. quæ aurum; fortes, quæ alia metalla, ad incendium usque aperiunt, atque dissolvunt.

Mixtura.

Supponimus 6. & ad imitationem appositarum figurarum, P. Kirkeri primæ, secundæ, tertie, apponimus quartã, quam sic explicamus *Hydraulica A.* ducere canales plures subterraneos

hydragogos, quorum, aliqui effluentes, v.g. in 1. figura P. Kirkeri per lapides B. & arenas C. red-dentes fontem D. dulcem: per mineras autem ferri E. ferratum. alios vero ab eodem hydraulico A. pertransire partim mineras aluminosas G. & matricem cadmiæ H. partim disjunctim mineras salas I. nitrosas K &c. conjunctim autem in-cidere



Paradigma notarum ebullitionum.

cidere & concurrere in matricem L. argillæ virgineæ, salibus hermeticis Claris D. Rochas, aut alkaliscis thermantibus, vel quibuscumque aliis præcedentium influentium jam conceptorum ac imbibitorum repugnantibus & oppositis sæcundam: qui ibidem illicò adventu, & concursu luctam faciunt, quæ ebulliunt, effervescent, caloremque concipiunt, thermalesque aquas efficiunt; & quidem sine sulphure ut in 1. fig. Conjecturaliter, & vulgariter *salso aluminoso cadmio-nitrosas* v. g. *Porcetanas* &c. quæ per cuniculos arenarum O. purificatas in P. P. P. thermales scaturigines producant: Quod si fortuito in ipso loco vel in vijs, concursus incidentiæ, & matricis effervescentiarum L. in O. repererint sulphur vivum, vel flores sulphuris, vel lapides sulphureos M. N. eosque solvant & aperiant, vitriolumque lapide sulphureo congenitum simul rapiant, prævaleatque nitræ minera, producant etiam vulganiter & conjecturaliter *Nitro-salso-sulphureo-Cadmio eluminoso vitriolatas thermales* aquas in P. P. P. P. scaturientes, itidem per arenas D. purificatas &c. ut *Cæsareamas* secundæ figuræ &c.

Porcetanas
narum.

Cæsareanas
nares
quales.

Si vero aliter in loco concursus effervescentiæ L. sulphur vivum, aut flores ejus; quibus hæc patria non caret, (iidem enim quandoque sub corticibus rupium reperti sunt stratum quasi facientes) aut iterum ipsimet lapides sulphurei, simul occurrant, aperiantur fortius & quasi oleo se, aut balsamicè dissolvantur, diutiusque & abundantius, in visceribus terræ digerantur, cæteris mineralibus salinis aliis conceptis prædominetur sulphur; tum *sulphureo-salso-aluminoso cadmio Vitriolatas* thermales aquas in P. P. P. P. etiam per arenas O. transcolatas, dant v. g. *Cornelianas* 3. fig. immò similiter, si & alii lapides metallo-minerales Q. vel R. aurei, ærei, ferrei, &c. occurrant, vaporibus vel spiritibus per effervescentias, ac caloribus animatis, & fortioribus redditis, tanquam clavibus aperiantur, solvantur, demumque imbibantur, aquas compositas *thermales metallo-minerales* facient; tam diuque durabunt, quam diu erit gazophilacii vaporum & spirituum in massam talis matricis

Cornelianas
narum.

tricus affluxus, eorumque reparatorum occurtus & effervescentia; his positis.

Dicimus secundo, dissimiles sales, aut potius spiritus acidos, aquis commixtos, aut præterlabentibus aquis confusos, in terræ visceribus occasionaliter occurrere, mineræ salinæ alterius indolis, & contrariæ v. g. alkalifatæ, ibidem illic effervescentiam mixtionis jugiter concitare, illamque deinde aquis caliditatem impertire, ac thermales aquas producere: & pro ut vicina, vel remota; copiosa, aut parca fuerit effervescentiæ matrix; Agens, vel patiens, validum aut languidum; aquas plus, vel minus fervidas, & minerales reddere; denique incorporaturas circumjacentium mineralium aperire, substantiasque eorum imbibere & proferre.

Opinio genuina calorum actualiū.

Placuit hæc assertio benevolo viro, Doctiss. D. Batavo forte auctori reeditionis secundæ mei imperfecti libelli *de Therm. Aquisg. & Porcet.* Lug. bat. dum dicit, ut videre est, in probulis Thermarum, de Verbo ad Verbum in præfatione hujus libelli positis, linea decima *Veritas nihilominus suffulta experimentis Chymicis & rationibus confirmata, satis superque demonstrat. genuinam & veram aqua ferventissima indefinenter scaturientis causam, consistere in sale acido concentrato ignea natura gaudente;* vel ut ipse doctiss. clarius ibidem explicat. *in particulis materia subtilis, inviscatis, & implicatis particulis crassioribus terrestribus & aquosis, in maximo motu & partium agitatione constitutis. Ex his ignis subter. &c.* tum in rationibus pergit, & hypotesim seu conceptum egregium facit de igne subterraneo, variaque experimenta addit, quæ curiosis ruminanda (ut ipse) relinquimus, & Lectores ad copiam in initio hujus libelli datam remittimus.

Cæterum qui minus prædictis fidem adhibebunt, aut salium aut spirituum istorum mirabiles operationes negabunt; accipiant liquores acetosos; corallis eos, nec non margaritis affundant; vel spiritum Vitrioli cum sale vel oleo tartari, quoscumque alios salinos spiritum acidos cum

62113

E

cum

cum ferro aut cupro; spiritum Vini cum therebentinæ oleo &c. commisceant, omnes effervescentie videbunt, idque fieri tantâ contentione & pugnâ, ut non solum ex tali motu calefiant, sed etiam insigniter effervescent, & ardeant; attendant salium calcis dissolutiones, & affusarum aquarum incalescentias fermè similes effervescentiis salium seu Draconum thermalium: in Germania inter Elbaw, & Falckena w, mons est à pluvîâ fumosus, est & alius in Silesiâ; an non à commotis similibus salibus? Aqua Antoniana Vino mixta fumum edit, An non à contrarietate salium fontis, & salis tartari Vini? si non sufficient, advertant Microcosmi & proprii corporis quasdam alterationes subitaneas, & sine actuali igne effervescentias v. g. Februm, Ery sipelatum, Ventriculi ardores, Podagrorum dolores, & cordis pulsus &c. utpote in eisdem principiis constantibus harum effervescentiarum simillimis: advertant Macrocosmi fulgura, tonitrua, coruscationes &c. Intrent Chymicorum laboratoria & quotidianas ibidem videant in eis mixturarum effervescentias: ulterius attendant pullulationem illius terræ propè thermas Angliæ reflatam in conferentiis Parisiensibus, & missam Collegio Medico Londinensi, Aquas calefacientem: si nondum acquiescant adeant telluris sinus cum Clariss. Henrico Rochas Medico tract. de Aq. min. Sulphur. cap. 1. pag. 18. & 40. qui suis sumptibus & operariorum laboribus eas pertransivit, ibidem videant investigatæ scaturiginis aquas calidas, priusquam efferverent frigidas, incidentes in mineram argillæ virginæ alkalinæ Hermeticis, vel thermantibus salibus gravidam, quam penetrando, aperiendo, effervescentioque Victoriam contrariorum in eâ minerâ contentorum affectantes, aut eorundem similia removendo heterogenea reunionem appetentes, in fervore pugnando, copulam ambientes, thermasque producentes, quod dicimus de Aquisgranensibus nostris & Porcetanis &c.

Causæ
coadju-
vantes.

Quibus si halituum & vaporum calidorum continuo agitatorum in terræ specibus & cavernis velut in hypocausto

causto vel in dolio replivium, vel in clybano reverberium, nec non mineralium ipsarum, ac terræ calorem nativum hic addant pro causis coadjuvantibus; facile calorem thermalem, ejusdemque durationem (si velint) colligent; facilius quoque mineralium horum salinorum (etsi ingens copia) reparatio, & regeneratio probabunt, quam sulphuris, aut bituminis ignium voracium flammæ aut prunæ: tum etiam cum horum salinorum mineralium per effervescentias; vix fiat ulla consumptio, è contra sulphuris, aut bituminis per ignem actualem maxima, præceps & irreparabilis.

Sales hi prophylactici primi, pace per effervescentias pactà, diu calorem servant, eaque pacis sædera pangunt, quibus mineralia imbibita, virtutum incrementa consequuntur, exhaltatis eorum (longioribus hisce digestionibus subterraneis naturalibus, quorumcumque ingredientium proprietatibus.

Paces salium per effervescentias.

Pacis effectus.

Hic magis, & melius (sed sub correctione tamen) explicabimus nostros conceptus, eosque reddemus maximè notorios & evidentes caliditatis actualis thermarū cap. 4. resumamus figuras appositas R. P. Kircheri videlicet 2. pro canalibus hydragogis & 3. pro pyragogis addendo nostram 4. pro ebullitionibus & effervescentiis subterraneis: Insinuavimus & diximus supra in NB. cap. 4. R. P. Kircherum ibidem imitasse synthesim & analysim microcosmicam venarum & arteriarum corporis humani vitalis; arterias scilicet vagari & subduci venis, ac portare sanguinem arteriosum pro fomento, & conservatione continuà, caloris nativi vitalis, emanantem perpetuò à corde, eundemque deferre calores naturales per canales arterarium quasi pyragogos ad universum corpus vitale, idque sub canalibus venarum quasi hydragogis: & per illos in hos, dispergere calores vitales, post factas in thalamo cordis effervescentias, & assumptos calores nativos in ipso corde; sic Macrocosmus in nostrà additâ 4. figurâ post ebullitiones & effervescentias mineræ subterraneæ, ferventes educit, & dispergit aquas, quæ è minerâ præ-

Curiosa ex- & applicatio.

Calores
actuales
sive igne.

dicta tanquam à corde, thermas naturales minerales per canales producit : hinc quot corda in microcosmicis animalium, tot loca calorum naturalium sine igne vitalium, & quot matrices ebullitionum aut effervescentiarum in Macrocosmo tot ebulliones & effervescentiæ aquarum thermalium mineralium, etiam sine igne illis simillimæ : & ut in corporibus microcosmicis non est opus igne actuali ad suscitandos calores actuales naturales ; ita & in Macrocosmico : attamen ut opus est venis, & arteriis in Microcosmicis, sic in Macrocosmico effervescentiarum opus est canalibus pro egressu & educatione aquarum naturalium mineralium thermalium.

Et si methodicus medicinalis ordo requireret, ut prius edisseremus de novo *Potationis* interno usu thermarum harum, tanquam præparatorio ad externum usum *Balnationis*, attamen ut hic antiquitate præcedit, de eodem antecedenter agemus ; ideoque nunc seorsim de singulis.

CAPUT V.

De Balneis Vrbanis, Cæsareano, Parvo & S.

Quirini : Quibusve morbis Balnatione
conducant.

Balneum Cæsareanum quod tempore, structura, & commoditate aliis præcellit (ut videre est) à Cæsare Divo nimirum Carolo Magno nomen habet, qui id ipsum ut supra diximus reparavit, atque in eo se lavare solebat. quod ne quis fabulosum putet, Eginhardi verba exscribere placuit, is ejusdem Caroli scriba fuit, & in hunc modum in vita ejus refert, *Delectabatur vaporibus aquarum calidarum naturalium, frequenti natatu corpus excrescens, cujus adeo peritus fuit, ut nullus ei justè potuerit præferri : ob hoc etiam Aquigrani Regiam extruxit, ibique extremis vite annis usque ad obitum continuò habitavit, & non solum filios, ad balneum, verum & optimates & amicos, aliquando etiam satellitum & custodum turbam invitavit, ita ut nonnunquam centum vel eo amplius homines unà lavarentur. E*
qui-

Frequen-
tatio D.
Caroli.

quibus colligere est omnes nunc alveos hujus fontis, unum tunc aut alterum balneum fuisse, sunt modo duodecim, in tribus distinctis ædibus sibi vicinis, possentque plura construi &c. fuit autem hoc balneum ita situm, ut Regiæ proximum esset, hæc autem templo contigua; Verum postea tam Regalis aula, quam balneum Barbarorum incursum & incendiis destructum est, manseruntque aquæ sapius sine usu penè neglectæ atque desertæ.

Locus

Temporibus Fran. Fabritii fortè circa annum 1540. cum perderentur aquæ, iterum publicâ Civitatis impensâ summâ artificum industriâ reparatum & extractum est balneum, atque in unum fermè puteum quadratum, fornicatum & clausum, aliàs neglectæ aquæ, coactæ sunt. Is fons aquis ferventibus semper plenus est, in propriâ domo Cæsareanâ innumerabilibus scaturiginibus per rimas rupium profilit & erumpit; & quidem in tantâ copiâ, & abundantia, ut affluxus ejus (quod vidi) caput hominis semper adæquare valeat: inde in asservatoriis asservatur, ut alveos & lavacra citissimè & sufficientissimè adimpleant; per canales aquas exonerant in alveos novem Cæsareanæ domus quinque & parvi balnei quatuor, quos ad summa labra pro arbitrariò implent, lapideis muris cincti sunt & distincti; circum sunt ampla sedilia, in gratiâ eorum qui lavantur, aut inter lavandum commessantur: singuli quoque fermè habent cameram adjunctam, & cubilia ad sudandum.

Neglectus.

Fontis Cæsareani descriptio.

Hæ aquæ mora expescere debent, ut suavi jucundoque tepore lavaturos excipiant: requiriturque in Cæsareano & parvo balneo fermè tempus 15. aut 18. horarum antequam ad temperiem humano corpori tolerabilem perveniant.

Antehac in Cæsareanis frigidus fons aquæ communis, recreationis causa, & ad vinum aut cerevisiam commessantium refrigerandam, in lateribus, & angulis alveorum per tubulos, deductus fuit, & lapidibus excavatis seorsim acceptus nunc fluere desinit.

Mora tepescendi.

Fons refrigerans

Ubi lavatum est aqua illa alveorum tota emittitur, quæ ita per subterraneos ductus & canales defluit, ut nullæ inde

Defluxus

de stagnantes sordes, nulla putredo, vicinum aërem vapore foetido vitare possit: pavimento & subsellis repurgatis, recens aqua immittitur, quæ tantâ copîâ influit, ut intra tres quatuorve horas alveum rursus impleat, & deinceps alios, uno & eodem tempore, quamvis singuli sint tam ampli ut in illis centum & amplius tonnæ, seu vasa Germanica Hamen influant, & 25. homines & plures etiam, unâ se lavare possint.

Capacitas.

Alvei plerique habent in longitudinem 12. 15. & plures pedes, 8. vel 10. in latitudine, 4. vel 5. profunditate,

Aquarum colores.

Aquæ porro balnei, quamquam plerumque limpida sint, ut vel nummum in fundo, per ipsas dignosci possit, mutant tamen nonnunquam vel nemine turbante colorem, & subvirides apparent si diu; aliàs subcæruleæ si minus; subalbida si parum quieverint; immò lactea si interdum recens cum veteri immisceatur: hæ omnes tepescendo clarescunt, & longiori morâ v. g. ad aliquot dies subnigrescunt.

Natura.

Referunt hæ aquæ modis omnibus naturam *sulphuris*; & hic solus puteus Cæsareanus colligibiles dat *flores sulphureos* multis titulis medicinales, & hos in copia, in putei collo, & testitudine scaturiginis per aquas sublimatos, & in glebas accretos semper reperire, & colligere fas est: eodem privilegio etiam gaudent quandoque reservatoria concamerata, tam domus Cæsareana, quam parvi balnei: iidem flores sulphurei, præsertim à commixtione aquæ recentis calidioris & veteris frigidioris cum alvei tantum pro medietate renovantur, & ab impressione superficialii aëris frigidioris in fundum alveorum decidunt, & præcipitantur; adeo ut lavantium vestigia servant, & prodant. Continent in super hæ aquæ salium confusorum, seu *thermalium* quoddam chaos, in exsiccationibus varias Figuras formans; & quidem hujus materiæ tanta quantitas est (licet invisibilis) ut unusquisque alveus 30. 80. centum & ultra libras possideat, scilicet tot circiter libras, quot tonnæ.

Sales thermalis.

Aquis morâ terescentibus *flos salinus* non acidus, sed vagus, ordinariè in superficie aquarum in alveis super-

natat, quandoque cremoris tartari instar firmiter concre-
cit, qui si igni admoveatur non liquefit, sed fixus ma-
net, vixque crepitat: hunc florem malè balneorum an-
cillæ, & alij, sulphur aquarum nuncupant, aut bitu-
men dicunt, & vulgus corporum sordes putat; ideoque
illæ prædictum florem diligenter mundant, abjiciunt aut
præcipitant: ut aqua lavacri tanto nitidior appareat.

Hic flos salinus, per minimas particulas vel atomos in-
natas, contactu superficialij æeris, & muri frigidioris
sensim congregat vagam pauculam arenam fontis quam
rapiendo & conglutinando ita marginibus incrustatur, ut
lapidem in alveorum circumferentiis, labris, & canali-
bus mentiatur: idem flos vaporetenuis raptus & ad forni-
ces (quibus hæc balnea sola gaudent) exportatus, un-
cum floribus sulphureis, licet hi, non concrecant in dictis
alveorum fornicibus, ille tamen accrescit, & guttatim
decidens monticulos salinos in margine quorundam al-
veorum facit & format; signum evidentissimum corpo-
reitatæ suæ in exhalationibus & vaporibus.

Flos sali-
nus super-
natans.



Balneum parvum hoc modo ut in
fig. 2. ædificatum eodem fonte Cæ-
sareano fovetur; tria habuit lava-
cra, unum magnum & duo mi-
nera ab hospite moderno antehac
asseribus bipartitum modò à Ma-
gistratu muro divisum, quatuor la-
vacra constituunt, & illa eadem
aquà Cæsareanà muri solum inter-
stitio per proprios canales proximè
implent, habent; quoque sedilia
ad sedendum, cameras & cubilia
ad sudandum: infernè quoque
pro arbitrio depromuntur aquæ,
scopisque purgantur &c.

Balneum
minus.

Inge-

Ingeniosus & curiosus hospes *balneum vaporosum* quod antehac hic defuit, in margine cujdam alvei adaptavit, quod nunc paratum usu erit, & multis inservire poterit, de hoc jam, jam.

Balneum
S. Quiri-
ni.

Balneum S. Quirini, consimili structura, ut in Fig. 3. factum, proprio & aperto fonte gaudet; aqua cum præcedentibus balneis, ejusdem naturæ & facultatis est: quod probat idem odor fontium, gustus, pondus, ac totalis & Fundamentalis emissio aquarum puteorum Cæsareanorum, hanc scaturiginem siccat, & perdit: quod vidimus Anno 1679. dum laboraretur in Cæsareanis scaturiginibus & totaliter evacuarentur aquæ putei primarij &c.

Accessus
ad scatu-
riginem.

Balneum hoc tres alveos, aut lavacra tria habet, & quartus magnificè addetur ad majorem commoditatem theriacis utentium, quod facillimè fiet, ex superabundantibus aquis sine usu effluentibus: habent & sedilia, & cameras & cubilia ad sudandum; pro libitu quoque implent & infernè deplent; antehac usus hujus aquæ in doctis fuit. Accessus ad fontem & Scaturiginem liber est, & hanc aquam à Civibus exportare licet; cujus sensibiliter non diminuitur aqua sed potius calidior redditur, quippe ea ex puteis Cæsareanis, vel ex venâ propriâ similis mineræ recentius affluente & æquilibrium resarciante.

Antiquis
simus pu-
teus.

Ante ædes Cæsareanas, in plateâ, est etiam ejusdem aquæ antiquissimus *puteus*, continens aquas thermales ex venâ profundâ haud dubiè preterlabente fundamenta ædium vicinarum, versus domum Cæsareanam affluxum accipit. lipartito opere confectus est, inferius quadratus, superius sphaericus, verosimiliter per vastationes, incendia, ruinas cum Civitate auctus, jam nullus est usus, ideoque grandioribus lapidibus contactus est: sunt, & in vicinia hinc inde alii.

Stillicidium.

Stillicidium in usu antiquo in his balneis quoque fuit & est; fitque hic, cum è cupâ vel vase sublimi, aquarum calidarum thermalium pluvie instar procuratur casus, adaptatur autem in ipsis alveis, partibus affectis, ut capiti, artubus, articulis, ventriculo, hepati, lieni; utero

vero &c. ut
videre est in
fig. appositâ
ad corrobora-
randum, alte-
randum, dif-
cutiendû, pe-
netrandum
evacuandum,
&c. pro ut est
exigentia mor-
borum & me-
brorum.

Haecenus hic, & in Porcet, a Magnis Viris & Clariss.
Medicis desiderata sunt balnea sudatoria sicca, seu vaporosa,
quæ hinc & inde aptissimè aptari & extrui possent in aede
Caesareanâ v. g. in loco defluvi, perditionis, & præcipita-
tionis aquarum thermalium, ferventium, superfluarum,
in balneo parvo, ut est, sed ritus &c. & passim in Porcet,
parvis sumptibus, ex muris lapideis vel ligneis &c. in hunc
fermè modû.

Hæc enim
copiâ vaporû
& spirituum
medicorum
a quarum ther-
malium cali-
darum ferven-
tium, in illis,
ferventissimo
rum fontium
susciperentur
& conclude-
retur prædicti
vapores & spi-
ritus medica-
ti, qui non ca-
terent insigni



Balnea
vaporosa



energia

Forum
vis.

energiam, & virtute, in curandis morbis: calore enim & vapore medicato perfunderent corpora tota, exeepto capite, & partes & membra maximè affecta: poros cutis aperirent, & aëreis subtilissimis suis substantiis seu spiritibus quascunque corporis partes, etiam abditissimas penetrarent, & humores quoscunque profundos, frigidos, crassos, compactos, & viscidos, attenuarent, resolverent &c. sudoribus universalibus, aut particularibus, sine tantà virium & partium jacturà & noxà evacuant, & consumerent; essentque aptissima in induratis affectibus & doloribus, in nervorum vitis ex repletione, in œdematibus & omni tumore frigido, in Ascyte, leucophlegmatia summopere conducere, quatenus sicarent & discuterent materias impactas, & flatulentas: præclaram operam præstarent debilibus, & iis, qui balnea aquarum ferre nescirent, ut aliquibus feminis, senibus, pueris, &c. prodesse morbis omnibus frigidis, hydrofici, doloribus artuum &c.

Quibus
utilia.

Antiqui-
tas.

Horum balneorum vaporosorum antiquitus usus fuit frequentissimus apud Italos, perseveratque modo in grotis & foveis: apud Germanos & alios ubi desunt thermæ naturales, in usu sunt stuffæ, vulgò *Badestuff* principaliter pro scarificationibus &c. quas asthmatici & suspitiosi non benè tolerant, multò melius & facilius vaporosa hæc balnea sufferre possent.

Virtutes
& facul-
tates.

Hæ aquæ Cæsareanæ, usu *Balneationis* virtutibus ac facultatibus penè innumeris dotata sunt; & ad multas corporis ægrotudines efficacissima: strenuè enim exsiccant, calefaciunt, ex alto humores ad extrema evocant, discutiunt, abstergunt, & ut magis particularius dicamus, conducunt imprimis nervorum affectionibus, quales sunt spasmi, seu convulsiones; itemque paralyti, id est resolutioni generali aut particulari; maximè autem illi, quæ ab humorum accubitu fit, aut ab illorum in morbis metastasi; quando pars corporis sentiendi aut movendi facultate, aut utroque simul destituitur: conferunt item omnibus torpentibus, rigentibus, tremantibus, titubantibus, ac palpi-

palpitantibus: etiam articularum doloribus, ut sunt chyragra, Podagra, dolores Ischyaticos curant, & coxendicis; indurationes nervorum ac ligamentorum; colli contracturas emolliunt: tumentia membra discutiendo levant; juvant eos, quibus præcordia dura, tumida ac veluti tensa; quibus viscera schyrrosa, & obstructa sunt: nec non eos, qui ventriculi, hepatis, aut lienis frigida intemperie molestantur: laterum citra febrem dolores placant: capitis dolores inveteratos, ejusque vertigines, tinnitus aurium, nephriticos dolores & stomachi tollunt: Mulieribus verò vix aliud medium ad frigidos humidosque uteri affectus, quibus potissimum in his Regionibus molestantur, & quæ proinde minus sæcundæ sunt, congruo aquarum thermalium usu redduntur idoneæ, fiuntque Matres: menses tardos ac cessantes promovent; uterinos dolores placant; uteri lubricitatem etiam nimiam, & abortus sistunt: denique mirificam purgandis, sanandisque cutis defœditatibus, quales sunt scabies, impetigo vitiligo &c. exhibent efficaciam; præter illam, quam Gallicam aut Hispanicam vocant, quæ melius & tutius aliis remediis alexipharmacis propriis, & specificis sanatur; tamen à reliquiis & noxâ, quam ex improbitate Mercurii contraxerunt, vindicant.

Aquæ hujus fontis Suavissimæ sunt, & Potationibus aptissimæ, Cornelianis æquipollentes & æqualis efficaciam, fereque similis compositionis, & benè actu calidiores: de his crediderim Panagericum Oratorem Belgam Constantino Imperatori Constantii Filio dixisse: *Dii immortales quando illum dabitis diem, quo illos quoque Apollinis lucos & sacras sedes & anhela fontium ora, circum eas miraberis profecto illam quoque muneris tui sedem & calentes aquas sine ullo solis ardentis indicio, quarum nulla est tristitia saporis, aut halitus, sed talis haustu & odore sinceritas qualis fontium frigidorum &c.* quod antea asseruit Vitruvius l. 8. cap. 3. *sunt autem etiam nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua sapore optimo, quæ in potatione ita est suavis, uti nec fontanalis ab Camœnis, nec Martia suliens desideretur.*

Cæsareanæ potationibus aptissime

CAPUT VI.

De aliis Balneis, Urbani S. Cornelii, Rosaceis & Compus Pauperum.

Origo
nominis
balnei
Corneli-
ani.

Rosacci.

Pauperū.

Balneum
Cornelia-
num de-
scribitur.

Balneum
Rosaceū.

A Dictis Balneis Cæsareanis, &c. versus æstivum solis exortum ad interioris Urbis mœnia (nam duplici muro Urbs cincta est] est *Balneum Cornelianum*, ab appensâ tabulâ S. Cornelii, pronotionis interfignio sic nominatum: Rosaceum à Rosæ Cive quodam, qui id primum erexit, atque instruxit, modo ab appensâ Rosa; antehac Fullonibus tantum inservisse creditur; ut adhuc vicinæ aquæ balnei Pauperum ab ijs usurpantur: & quia nunc simul pauperibus gratis deser- viunt, Balnei Pauperum nomen obtinuit.

Cornelianum balneum magna domus est, alveis quinque etiam ut in Cæsareano, sed indigentius apparatus, distinguitur; innituntur alvei partim scaturiginibus ipsis, partimque scaturigines proprias, ac separatas aut puteos varios habent; è quibus colliguntur aquæ; vel in ipsis ædibus, vel ante ædes, & ex his replentur, ac renovantur alvei omnes.

Huc usque hæc tantum supernè dimittantur: inter alveos unus est fortis, alter fortior, & fortissimus, in quibus facilè, difficilius & difficillimè perseverât Infirmi: Ironicè Religiosi Paradisum, Purgatorium, & Infernum nuncuparunt, similes alvei sunt in Rosaceo.

Balneum Rosaceum post incendium prius anno 1682. à Magistratu



benè reparatum; in eo quatuor lavacra aptata sunt, habent sedilia, & cubilia in cameris ad sudandum, pro effluxu infero suarum aquarum thermalium, magnis sumptibus & laboribus, ab Exstructore Cive Rosen confectus est ductus, seu canalis subterraneus; quo ad libitum aquas lavacrorum suorum deponunt; conficitur splendida domus, habet amœnum hortum, & quadruplicem introitum, & exitum.

Hic jucundissimum visu, illabentes novas aquas, parietes, & scamna sulphureis floribus incrustati, eosque rursus à supernatantibus iisdem aquis resolvi, absorberi, & reimbibi: scaturigines & putei, in ipsis ædibus etiam sunt, & aliquas ex Cornelianis participant &c.

Vicinus locus *Balneum pauperum Comphaus*. *Badi vulgò* Balneum pauperum. habet unū grandè, & profundum sine pavimento alveum Probatam Hierosolymarum Piscinam diceret, in quam unicuique paratus est aditus, & liber accessus; ibidemque mixtim (sed nonnihil indecenter) sani, infirmi, viri, fœminæ, juvenes, senes, sordidi, ulcerosi, scabiosi &c. balneant, lortices omnis generis linteamina, fullones pannos & lanas lavant &c. sine sedilibus & cubilibus est, superne tantum ut in Corneliano suas emittit aquas: ideoque singulis annis semel congregati fullones ad 40. & ultra magnis laboribus, totam aquam, & fordes alvei calcabis & aliis instrumentis ejiciunt.

Alium nunc alveum etiam habet Mulieribus dicatum (utinam solis) prius anno 1680. reparatum: pavimento, gradibus, sedilibus ornatum & accommodatum; sat magnus est, sed tepidiori aquâ thermali dotatur, fortè ex defectu regiminis moderantium, aliàs aliis in omnibus æquiparari posset, & immò fieri, ut amborum alveorum aquæ infernè, ut alii fontes, dimitterentur, mundarentur & quidem fortè quotidie, dummodò industrii Directores necessariis attenderent, tumque possent, pro majori decentiâ & honestitate omninò separare mulieres à viris & virilia coram viris, & fœminina coram fœminis peragere: immò & aptare lecticas, Stillicidia, Embrocas irrigationes &c. tales, quales alibi.

Balneum pauperum.

Quomodo melius a commodandum.

Unius mineræ, & effervescentiæ sunt omnes hæ aquæ; & censeari debent; licet in lavacris notabilis appareat varietas, hæc tamen non nisi ex regimine aquarum, & affluxu scaturiginum primariò vel secundariò, majori, vel minori, veteris vel novæ est: cui enim plus tribuitur aquæ recentis, & primæ, utpotè minus effœtæ, aut evaporatæ, hæc energior & efficacior est in alveis; secusilla, quia veteris & secundæ: ea propter tantà morà in illis trahi non potest, ideo ut sæpenumero, vel quisque fortissimus, vix horulæ spatium, in primariis & novis alveis immorari possit: in his facilius & facillimè &c.

Diversitas in alveis S. Cornelii & Rosaceorum.

Color. Hæ aquæ fermè semper turbidæ & albidæ apparent, nonnumquam etiam claræ, præsertim si frigidiori aurâ tangantur, subinde varios colores exhibent.

Cœnum thermale Omnes Thermæ Urbanæ & Porcetanae nullum lutum, seu *cœnum thermale* deponunt, ut alibi passim, quod, ubi est, applicant per modum cataplasmatum affectibus aliquibus utilissimè; v. g. crassitie & rigiditati juncturarum duritie ligamentorum &c. ideoque versatus & expertus Medicus, assymbolicum aliquod hic excogitare potest, & quandoque debet, parabile sine oleis &c.

Excrementa.

Nulla *excrementa* habent, nullas adhæsiões notabiles in labris alveorum faciunt; ut aliæ Cæsarianæ, & maximè Porcetanae: superant in pondere Cæsareanas aut Spadanas, quinquagesimo: Cæsareana & Spadana æquales sunt.

Sulphur.

Omnes hi fontes Corneliani, Rosacei & *Compusthaus* Pauperum *Sulphur* maximè olent, habentque quasi oleosè & balsamicè dissolutum, & mixtum; illudque in aquis his, & Cæsareanis ita subtile est, ut in aquarum examine & distillatione, qualiacumque vasa, etiam densissima vitrea pertranseat, immò etiam in refrigeratione duplicatas transportabiles lagenas, ita, ut ne granum illius colligi, videri, aut gustari possit: Hinc minor Clariss. Dom. ab Heer Spadacrene cap. 5. illud vidisse cum sociis, & quidem in copiâ: fortè accidit illi distillanti Thermas, quod nobis; excrementa Pharmacopæorum exusta in alembico, vasique adherentia pro *Sulphure* habuit, vel fusione

rema,

remanentiarum salinarum supra laminam ferream ardentem deceptus, saltem thermalem fluentem sulphur esse putavit: Sal hic thermalis forti fusione fluit, novumque sulphur per ignem acquirit & regenerat: quod certo certius odore, sapore, visuque notescit, & observatur. Vide infra in proprietatibus &c.

Nulli in his fontibus, qui usui esse possent, flores sulphurei sublimantur, ut in Cæsareanis; vel quia magis dissolvuntur in aquis, vel quia à debiliore calore actuali satis elevari non possunt, cohibitus tamen influxus canaliscaturiginis inferni lavacri Corneliani, relaxatus, ex eo sulphuris flosculos nivium floccorum simillimos promit, & edit; qui tamen denuò dissolvuntur & reuniuntur eisdem aquis.

Flores sulphurei

Continent quoque hæ aquæ omnes præter sulphur etiam salium confusorum thermalium quoddam chaos, de quo alibi, cap. 10.

Salium confusorium chaos

Omnes hæ aquæ, tametsi minus reliquis actu caleant, apparenter, quod longius distent à loco effervescentiæ, sunt tamen omnium præstantissimæ, & vires mineralium medicamentosas longè majores obtinent; & juxta comixtorum quantitates & qualitates sunt omnibus aliis, aliquantò validiores exsiccandi, extenuandi, resolvendi, dissolvendique facultate præditæ: & quo efficaciores, eò magis delectueis utendum est.

Præstantia

Calefaciunt itaque non segniter, sudores movent, discutiant, abstergunt, emolliunt, proinde contractis induratisque nervis, atque etiam resolutis eximiam præstant medelam: Catarrhos, defluxiones pituitæ in membra externa, tumoresque inde obertos sistunt ac disperdunt: articulorum vitiiis, à causâ frigidâ productis, succurrunt; præcordiorum distentionibus medentur; vitia cutis emendant, fluxus muliebres in ordinem redigunt, uterosque conceptui idoneos reddunt: Renum calculos comminuunt, atque arenosam materiam pellunt: eos denique qui nimia corporis mole gravantur, relevant.

Operationes

Sunt denum tantæ in qualitatibus excellentiæ, ut qui imbe-

imbecilliores sunt, ipsas aq̄e terre possint; quosdam etiam vel odore solo offendant: proinde ut præter eos quos recensuimus, carnosus, fugidusque & humidus corporibus accommodæ sunt; ita gracilibus, calidisque ac siccis seu naturâ seu affectu non admodum prosunt.

Mora in fessu in his aquis non tam protrahenda est, quam in cæteris balneis Cæsareanis, seu Porcetanis; ideoque maximè ad hoc experti Medici localis, balneorum curam dirigentis iudicium scrutari & explorare oportet.

Utrique scilicet, Corneliano, & Rosaceo, adaptata sunt Stillicidia nova antehac non visitata; Galli *La Douche*, ou *la Touche*, Germani *die Pompe* vocât: in quibus ex alto procuratur & inducitur defluxus, seu casus earundem aquarum

mine-



mineralium recentissimarum, & ad hoc aptissimarum topicè per epitomia suprâ suppositas partes affectatas, ad efficacius (ut fit) adigendum remedium, meliusque salvanda viscera; propterea prævalet Embrocis, superat Fomentationes, quandoque ipsas Balneationes; quoniam propter casum, & motum cadentis aquæ thermalis, cutis rubescit, porique magis aperiuntur, & major fit remediï impressio, ac penetratio &c. in iis sunt lecti ad sudandum &c. Pulcherrimum hic visu, pavimenta horum stillicidiorum floribus sulphureis eisdem thermalibus præcipitatione, quasi incrustari, ita, ut, supra eos digito liceat inscribere: Quod Stillicidia Lamzwerdica insaccata, suarum tabularum pag. 73. & Balnei sui artificialis, in *Monitis salutaribus* &c. nunquam facient.

CAPUT VII.

De Balneis Suburbanis, Porcetianis: quibusvè Balneatione congruant affectibus?


EXtra Urbis portam, quæ ad meridiem ducit, haud multum, ad spatium ictûs bombardæ, est Vicus; qui à monte incipiens, plateâ rectâ, & longâ, fortiter satis in Vallem descendit; huic à Porcorum Sylvestrium olim frequentiâ Porcetum nomen obtigit. Porcetianum.

In eo Vallis est, ab ortu ad occasum, inter duos montes extensa, in quâ plurimi aquarum ferventium fontes, lapideis muris, puteorum instar cincti, tam intense ferventes, ut ebullire aquæ, tanquam in lebetè, videantur: iis Incolæ ignis beneficio, sine igne fruuntur; porcellos depilant, gallinas deplumant, &c. Fontium ibi fervor.

Juxta ripam Rivuli, ad prata delabentis, horum fontium Domus sunt XV. fermè vicinæ 1. Dominarum; 2. Colubri; 3. & 4. Gladii; 5. Molæ aureæ; 6. Mortionis; 7. Galli; 8. Magni Balnei; 9. Fontis; 10. Cancrici; 11. Mundi inversi; 12. Vitri; 13. Angeli; 14. Rosæ; Balnearum nomina.

sub dio Balneum Pauperum : jam de novo ædificatum est alterum, cum magnificâ domo, sed huc usque sine aquis: Harum damus Icones, juxta numerum, & ordinē.

Hæ aedes habent lavaera, seu alveos, ultra triginta, præter harum aliquarum domorum receptacula seu refrigeratoria: Aliqua domus unius alvei sunt; aliæ duorum, triūve pleræque separatas scaturigines, seu proprios puteos possident: copiosa quoque in ipso Rivulo inter aquas frigidas, per rimas rupium sine usu erumpunt, & perduntur.



Scaturigo copiosa.

Descriptio.

Tantam denique copiam aquarum ferventium putei, seu scaturigines profundunt, ut triginta illos alveos, cum Refrigeratoriis, unicâ die pluries implere possint; unum enim v. g. 50. 70. Amarum, vel tonnarum capacem spatiosum, septemve horarum, vel circiter, adimplent.

Totam aquam, etiam infernè dimittunt; ut in Urbanis

Cæo

Cæsareanis, &c. pavimenta quoque, & subsellia scopis purgant, sordesque amandant: novam aquam pro arbitrio immittunt, alveosque implent; & morâ etiam ad teporem perducuntur, ut Balneantibus serviant.

Aquæ harum Thermarum haud inter se discrepant, ab Urbanis per multum: Omnes autumantur vulgariter sine sulphure-*salso-aluminosa*: Limpidæ & claræ profiliunt; eatenus, ut nummum in fundo alveorum vitreâ dignoscas sub Undâ; nullum tærum vaporem aut odorem spirant, quo fit, ut apprimè congruant iis, qui, prosperâ valetudine utentes, voluptatis ergò, abluere se gestiunt; unde diutissimè, extra ullum nocumentum, iis immorari possunt: ægritudinibus verò affectos curant quidem, sed tardius vim exerentes, tardius quoque eos pristino vigori restitunt.

Color.

Vfus.

Ad illas Saniturtatim confluunt, Nobiles, Ignobiles, Viri, Fœminæ, Mariti cum Uxoribus, Amici cum Amicis, &c. inibi lavantur, comessantur, nugantur, otium tædiumque suaviter ad multas horas fallunt; Ultimò dicam, Sani omnes, cujuscumque sexus, & ætatis, iis tutò utuntur.

innoxius.

Verum enim vero, si eadem aquæ contemperarentur aquis dulcibus, frigidis, quod facillimum, ducendo canales, seu ductus subterraneos ex præter labente Rivulo, aut è Vivario majori superiori; liceretque ad libitum utraque commiscere, & in ædibus divisim influere in ipsos alveos, sine igne, & parvo sumptu, Romanorum Thermas imitarentur; essentque penè in momento parabiles, atque iis, qui voluptatis causa lavantur, eò oblectabiliores, deservirentque apprimè pluribus aliis usibus medicinalibus, V. g. humectationi, emollitioni, refrigerationi, &c. Ex continuatâ propulsatione florum salinorum supernatantium & comprehensione arenularum in aquis volitantium, ac impressione aëris superficialii, murique circumstantiâ frigidioris, in marginibus alveorum, & locis effluviolorum *tophos* aggregant, petras mentientes; qui minimâ calcinatione, & approximatione ignis, coagulo salino

Voluptas

Tophi. seu areæ. næ.

absumpto in meras arenas abeunt: Inde errant, qui putant, facile his lapidosa vitia contrahi; ut vulgus credit, & dicit; quia minimæ hæc arenas sunt, mixtione confusâ tantum a iuis mixtæ, qualitibus prorsus effcæ, & omnino inertes, nec sunt; quæ corporibus nostris humanis sese insinuare possunt, secus, ac alia mineralia verè mixta, ut diximus.

inter fluxus aquæ calidæ, & frigidæ,

Hic porrò admirationem meretur singularem, Rivos terrâ exiguâ & viâ tantum unicâ distinctos, seorsim calidos, atque frigidos fluere; ita, ut qui prædictam viam descendendo, ad prata vadit, aut perambulat, à sinistris immediate frigidam à dextris primo tepidam, tum calidam è fonte vel balneo si velit, resentiât: ascendendo autè contra.

Copia fluxus.

Hæc thermæ tantâ copiâ fluunt, ut conjunctæ scaturigines corpus humanum adæquare possint; Vivariumque magnum calidâ implere: unum magnum & prægrande, ad libitum fovent; quod hyeme, si velint, non congelatur; in eo pisces in duplò crescunt, sed carne molliores, quam firmant in aliis Vivariis frigidis: hæc aqua Rivi communis mixta, & sic tepida molam vertit in pratis, antequam frigidiori jungatur, quod fervidæ, etiam facerent, si conjungerentur omnes.

Calor.

Solent hic Balneorum Magistrî ova scaturiginibus incoquere (quod mirum) coquitur, & durefcit Vitellus, cuspidèque cultri capitur, & elevatur; albumen vero nunquam benè.

Excrementa.

Aquæ Porcetanae longè à scaturigine in Rivulis nigram materiam deponunt, colliquamentum carbonum fossilium dices: Urbanae autem albam argillaceam, vel sulphuream præcipitant, tam paucam utraq; ut usui esse non possint. Aquæ quoque Porcetanae plus arenarum Urbanis continent; salibus thermalibus cum Urbanis ferè æquantur; sed paululum impurioribus griseis & fortè ideo minus activæ sunt.

Sales thermalis.

Operationes,

Non vulgarem tamen languentibus, & debilibus conferunt opem, iis nempe, qui Urbanas non sustinent; auxiliantur Convulsis, Paraliticis, & Resolutis; Thoracis & capitis

capitis defluxionibus affectis, Ventriculis humectatis & nauseabundis, ac maximè post usum aquarum Spadanarum frigefactis: Hydropicis, laxisque tumoribus: humida Uteri vitia, & fluxiones, quibus plerumque conceptus impeditur emendant, & in ordinem redigunt. Podagræ, Chiragræ mirè opitulantur; Ulceribus perhumidis antiquis conferunt, Scabiem, aliaque Cutis vitia sanant: sudores movent; non enim poros, ut illæ, quæ mero alumine constant, obstruunt.

Egenorum quoque ac Inopum sanitati salubriter in valle hac Porcetana provisum, sed sub dio lavacrum iis destinatum est, quo ut in Vrbe balneo Pauperum, Comphaus, absque ullâ impensâ utuntur, & fruuntur, E monte vicino meridiano fluentem optimam scaturigiem sortiti sunt, quam deducunt in fossam, seu alveum sub Arbusculâ situm, de fluxu suarum aquarum caret, lapidibus grossis refertus est, ideoque sordibus in fundo abundat: juxta Rivulum Domunculas stramineas, vulgo Baracques, conficiunt, ut sudent; seseque taliter qualiter possunt, accommodant. Utinam essent cordati, qui sumptus suppeditarent, facile defluvium aquarum, & sordium mundities inveniretur, immò, cum sufficientem aquam habeant, balnea Virorum & Fœminarum separatim instrui, regi, & accommodari possent.

Hi fontes omnes, Urbani, & Suburbani, tantâ copiam profiliunt, ut pluribus aliis similibus Thermis simul junctis comparari, & æquiparari possint v. g. Bourboniensibus, Emsensibus, Plumbariis, &c. fortèque eas multò adhuc superent: utique ex tribus his thermophilaciis nempe Cornelianis, Cæsareanis, & Porcetanis effluunt aquarum thermalium, mineralium, &c. supra millenas tonnas seu amas: sunt enim capaces pluries in die, circiter quadraginta alveos. 90. 100. 150. 200. & ultra tonnarum, seu amarum, ad summa labra replere: ideoque existimo, ad minimum aquarum calidarum ultra tria, sex, vel decem millia tonnarum, vel amarum quotidie effluere; totque salium thermalium libras exportare: hinc

Lavacrum
pauperum,

Quantitas aquarum
quotidie
effluens.

non mirum, D. CAROLUM M. tantoperè his Regiis; Aquis, quales in suis Regnis nullibi possidebat, delectatum fuisse, hic habitasse, Regiumque Palatium struxisse &c.

Insinuavimus supra, cap. 5. effluvium fontis Cæsareani caput hominis incessanter æquare; Cornelianorum, Rosaceorum, & Comphaus / fontium simul junctorum vix minus esse; Porcetanorum etiam junctorum, duplo, triplo, fortè quadruplo majus, qualis? & quantus thesaurus omnium? Unde? &c.

Loca effervescentiarum.

Diximus quoque, descripta Thermophilacia distinctas habere, & possidere mineras, distinctaque esse loca ebullitionum, & effervescentiarum. aquas Cornelianas, Rosaceas, & Compus Pauperum, ambire *Orientem*: Cæsareanas, Parvi Balnei, & S. Quirini, profluere ab *Occidente*: Porcetanas omnes provenire à montibus *Meridianis* vicinis, & hoc insinuavimus

Curiositas.

Antequam hinc abeam, curiosa pulsat animum quaestio; Curiosis Arithmeticis, Ludi ac Computuum Magistris proponenda, quantum aquarum thermalium spatium horæ quadrantis? horæ? Diei? Septimanæ? Mensis? Annis? &c. quantum salium thermalium ex his tribus gazophylaciis Thermolicis effluat? supponendo, ut verò similiter proportionaliter, tot libras salis thermalis exportari, quot tonnæ, seu amæ effluunt? fortasse aliquid assequi possimus, exactè mensurando alveos, ruminando, & observando tempora repletionum, & evacuationum eorum; tum attendendo diametra, v. g. grossissimi Brachii, Capitis, & Corporis humani &c. computent illa, multiplicent, duplicent, triplicent &c. pro ut illis visum, quidquid de aquis, sic de salibus thermalibus existimandum; Verum hæc curiosa indagatio illis relinquo: En iterum, quales, & quanti thesauri?

Aquæ Porcetanae quasi Aquisgranenses sunt potabiles.

Sciendum, & dubitandum non est, quin Aquæ Porcetanae bibi possint, si solæ hic Aquisgrani haberentur procul dubio (& si sulphure careant) biberentur; gaudent utique eisdem principiis, & eadem causa calorifica, nempe ebullitione & effervescentiâ subterranea per sales repugnans.

pugnantes, & oppositos Urbanis simillimos, & assymbolicos; quos etiam continent, suntque in illis bases principales operationum omnium, ac facultatum: Aquisgranenses verò ut commodiores, & multò puriores factæ & redditæ, à floribus sulphureis insitis tum magis, & aliter cõpositæ, illis optimè anteferuntur: si autem bibendæ forent, servatis servandis, fieri deberet. Potatæ per Urinam bene effluunt & alium subducunt ait Fabritius.

CAPUT VIII.

De Congruo BALNEATIONIS usu.

Quemadmodum medicamenta, nisi opportuno tempore & congruo modo exhibita fuerint, adeo sæpè non prosunt, ut etiam vehementer lædant, ita & balnea naturalia (quæ in remediorum numero censentur haud quaquam postremo) si citra delectum & iudicium temerè administrantur, non solum non prosunt, sed frequenter etiam periculum adferunt. Hinc fit, ut alii febribus à balneo corripiantur, alii vero ulcera, aut exanthemata erumpant, alii variis morbis, gravibusque symptomatibus infestentur, & languidiores à balneatione redeant, quam accesserint; nonnulli ne redeant quidem. Quocirca visum est libello huic, in quo balneorum naturas, compositiones, commoditates, & vires abundè declaramus, hanc appendicem, tanquam, corollarium annectere, quo dexter Balneorum usus ostendatur; quem nisi Balneantes cognoverint, & observaverint, facile & oleum, & operam in illis luserint.

Balneis cum delectu utendum.

Itaque in usu Balnei primum omnium illud esto præceptum; ut aridi, & extenuati non his Balneationibus utantur, nec qui febribus, aut alia corporis intemperie calida laborant; officiant quoque hæmoptosi, aut qui sanguinis fluxu sunt obnoxii, qui quocumque alio fluxu laborant, qui facile resolvuntur, quibus caput repletur, qui

Quibus obsunt.

qui omnino decrepiti sunt, & c. erysipelati, inflammatio-
nibus, althmati, voci, quia ejus instrumenta exsiccant: tutò
verò Balneationes prosequuntur, qui affectionibus & mor-
bis prædictis in singulorum balneatione affecti sunt: tum
etiam qui incolumes, foeliciùs tamen, qui frigidiorè sunt
temperamento, & succulentiorè corporis habitu.

Adeunda
cum cõ-
filio Me-
dici.

Priusquam patiens se ad thermas Sanitatis recuperandæ
ac firmandæ gratiã conserat, expertum proprium Me-
dicum, vel alium consulat, qui naturalem sui corporis
constitutionem ac temperamentum observatã experienciã
jam diu noverit, & quales sint in eo præter naturam affe-
ctus, seu lapsus disquirat; Thermarum item qualitates ac
vires exactè cognitã habeat, atque ex illo demum, an
sibi usui futuræ sint? judicet, ac determinet.

A quo
adspor-
tandæ
litteræ
defectuũ
explica-
tivæ.

Ab eodem litteras defectuum explicativas exposcet, quæ
specimen & opinionem morborum, tentatæque curæ di-
ligentiam contineant, ut, si quid singulare in Patiente ani-
madverterit, notescat: vel, si libuerit plures Medicos circa
casum consulat, qui illum accuratã trutinã expendant, &
an Balneatio profutura sit? deliberent, scriptoque hac vel
simili forma eam confirment.

Earum
formula
longior.

*Domicella N. N. ætatis annorum 17. habitus humidus,
corporis glabri, temperamenti pituitosi, ventriculi imbe-
cillioris, alvi strictioris, ob vitam sedentariam, magnum
humorum crassorum, viscidorum, lentorum proventum
cumulavit; quorum pars ad mesenterij, uterique vasa
amandata, ibidem obstructions efficiens, nec non putredi-
nem leviorè in mesenterio præsertim contrahens, & febres
inordinatas, & mensum fluere captorum, si non defectum
saltè diminutionem peperit: pars ad spinam, qua lumbo-
rum regionem attingit, detrusa, nervorum inde in crura
disseminatorum compressionem, leviorèque eorum ob-
structionem induxit, unde tanta motus progressivi correpta
est agra impotentia, ut erecta pedibus inniti nequeat. Hinc
tantis malis ut promiscue mederetur præscripta post con-
gruas evacuationes remedia attenuantia incidentia deter-
gentia, aperientia, roborantia putredini resistentia uterij,
mesenterium,*

mesenterium, nervosum genus, ventriculum respicientia, atque ita in circulum itum fuit, donec tempus opportunum venerit utendi balneis naturalibus; jam mittitur ad thermas, tanquam ad sacram anchoram, quibus utetur secundum iudicium commorantium illic clarissimorum Dominorum Medicorum. Vel brevius. Dominus patiens ab anno ferme, ex insultu apoplectico factus paralyticus est, cui methodice humoris peccantis preparatio, purgatio universalis, nec non particularis ipsius celebri, uti & derivatio vesicatoriis etiam prolectis, quod nervis impactum est discussione & absorptione absumere conatum est: sed quoniam huc usque medicamentis ad omnimodam sanitatem reduci nequivit, idcirco eundem ad salutare vestras thermas ablegamus, ut earum beneficio pristinum partium robur redintegretur: & quia directio desuper requiritur tam in electione balnei, quam in reliquis requisitis, eundem D. V. sincere commendamus.

Brevior

Consulatione muniti Patientes, de preparatione corporis ad balneum agent, eamque domi facient, si non longe hinc distent, alioquin in ipso loco thermarum fecisse melius. preparari autem corpus intelligitur, ut extenuatum selectissimis alimentis instauretur, antequam lavacrum subeant, è diverso, si plenum fuerit, & crudis vitiosisque humoribus redundet, exquisitè purgetur: quod secus fit, aut venæ sectione, aut cataracticis medicamentis, aut utriusque pro humoris superantis multitudine & quantitate.

Corpus præviè præparandum.

Qua in re periti Medici consilio rursus opus est, qui discernere sciat, cujusque modi illi humores, quibusnam potissimum medicamentis purgandi sint: non enim satis, est quovis modo ventrem evacuare, verum ut Medicorum Princeps docuit, Hippocrates Aph. 25. l. 1. & Aph. 3. l. 4. Si qualia purgari oportet, talia purgentur confert, sin minus contra rursus Aph. lib. 1. inquit dejectiones non multitudine estimandæ sunt, sed si talia deiciantur, qualia conveniunt, & Agri facile ferunt. Quapropter si ulla illis valetudinis aut vitæ ratio sit, cavebunt ne cui se com-

Cum consilio medici.

Non cuiuscumq;

H mittant

mittant ex illorum grege, qui, quamvis sint inalphabeti & inexpertes pro Medicis tamen se vulgo venditant, & imposturas suas per mortes agunt, uno aut altero medicamento necdum satis cognito omnibus medelam promittentes, hoc genus hominum si sapiant ad corvos mittant, ne eos præmittant ad oreum.

Quo tē-
pore,

Cum necessitas premit, nullum tempus ad balneandum subterfugiendum est: si illa absit, deligendum tempus, magis balneis accommodatum: generatim quidem quando tempus aëris invitat; hoc est, quando aër nec frigidus nimis, nec nimium calens: immodicè frigidus corpus balneo calefactum facillè offendit, dum apertos poros frigus subintrat; immodicè calidus vires dissolvit.

Quibus
mensibus

Tempus ergo aptissimum est Ver & Autumnus: veris menses Aprilis, Majus, Junius, deinde Autumnus post canicularis Syderis æstum, scilicet medius Augustus, totus September, cum bona parte Octobris. Nec balneatio æstivalis, Julii simpliciter improbanda, aura enim in hisce regionibus, quæ Septentrionales sunt, non est semper adeo fervida, ut corpora quasi torreat atque exurat, sed plerumque ita comtemperata, ut thermarum usum hunc minimè prohibeat, præsertim si sese balneantes secundum Medici Directoris præscriptum accommodent: hybernalis autem damnosa & incommoda semèr semper est.

Recen-
sentur
quædã
obstacula
extrin-
seca.

Porro quo ad cœli tempestates & aspectus: Nec annus bissextilis, quia non est agens naturale, sed humani ingenii inventum: nec pluvix circa Ver, aut alio tempore durantes, quia ad mineras harum thermarum nunquam perveniunt, aut eas corrumpunt: nec venti, nec imbres, nec sydera vitiant has aquas medicatas: nec terra motus, quia hic insoluti; nec inundationes, quia rarissimæ, utique flumine caremus: nec incendia, nec conflagrationes, quia superficialiæ essent, nec mineras tangerent: nec denique frigus, nec ingens æstus, aut solis calores quidquam ipsis virium adimunt, eo, quod in infimis & profundissimis terræ recessibus hæc aquæ conti-
neantur,

neantur, terraque lapidosa & saxea sint cooperta: ideoque propter hæc, & similia nunquam vitanda.

Cum Patientes ut plurimum à longè veniant, utile sanè erit, ea die, qua appulerunt, in hospitio quiescere, immò & sequenti usum thermarum suspendere, & vires, itinere fractas, reficere: interim adeant, vel audiant Medicinæ peritum, & thermarum expertum, ibidem commorantem; qui Medicus iterum partim ex consulto allato, partim ex scientiâ & experienciâ ritè consulat, an? & quodnam potissimum balneum ex tribus aquis expediat? non enim omnibus omnia conveniunt; & *dimidium facti, qui benè cœpit, habet.*

Quies
adven-
tantis
peregrini.

Aqua cum Medico determinata & electa, hospitium rursus deliberabunt, sunt enim aquarum Cornelianarum duo, Casarianarum tria, & Porcetandarum quatuordecim, hospitium tantum attentione, honestate, nitiditate, & accommodatione paululum diversa. Aliquî extra domos balneorum illud sumunt, certis & designatis horis balnea frequentant, ut à tumultibus balneantium, vaporibus & odoribus aquarum liberentur, plerique de his parum solliciti, ut ad manus habeant thermas, nevé injuriis aëris exponantur, in ipsis ædibus balneorum sese accommodant; & si præparationem corporis distulerint, illam tum instituent.

Hospitium.

Ingressari balneum mane circa solis ortum surgant, alvum, vesicam, nares, pectus à suis quæque excrementis expurgent. Inde lavacrum jejuni (nisi Pharmaci quidpiam ex Medici consilio sumendum sit) subeant, non quidem impetu, aut saltu: sed lento gradu & pedetentim, quo scilicet aquæ potentia sensim irepens promptius ad apertum, laxumque corpus sese inserat.

Ingressus
in balneum.

Caput ante ingressum balnei bene tegant: si hæpar aut renes loturi habuerint calidiores, tum ne calore balnei inflammantur magis, partes hæ refrigerantibus topicis muniendæ, v. g. ung. ros. cerato santal. refriger. Gal. &c. id quod etiam post balneum facere poterunt, cum sudor finitus & abstersus est.

Topica
refrigerantia.

Situs.

In balneum immerſi, partes affectæ diſtinguendæ ſunt, & pro diverſitate ſitus earum aliis altè, aliis minus altè inſidendum; nimirum uſque ad umbilicum, ſi affectus ſit infra diaphragma: ſin ſupra illud latitet, uſque ad cervicem, os, fauces præſertim in hemiplegia, tremore, &c. ut nervi ex cervice prodeuntes vim balnei ſentiant.

Modus ſuccur-
rendi iis,
qui altâ
in ſeſſio-
nem ne-
queunt
ſuſtinere.

Verum ſi omnes hanc altam inſeſſionem ſuſtinere non queant: EMBROCÆ, vel STILICIDIUM thermarum ipſarum adhibendum eſt, vel ſanè ſpongiæ aquâ thermali imbutæ partibus affectis applicandæ ſunt.

Quies in
balneo.

In balneo quietem agant, ne vapor ab aquis commo-
tus moleſtus ſit, ne continuo motu corpus incaleſcat,
denique ne muſculis motu tenſis aqua minus penetret.

Silentiũ.

Nec nimis conſabulentur, aut nimium cantent, his enim ſiccitatem oris, ſitim, laſſitudines, & turbationem capitis ſibi accelerant.

Abſtinẽ-
tia à cibo
& potu.

ſi, qui valetudinis cauſa ac gratia balneum intrant, nec in ipſo comeſſe, nec bibere debent: ne naturam quæ balneo cooperatur ab officio ſuo avocent, ne vè crudum cibum aut potum in venas, calore balnei patefactas, propellant; obſtructionum, februm, aliorumque morborum materiam futuram: conſeſſum tamen, inſirmioribus, ut balneo durante, tabellas, condita, conſervas, ſumant, vel panis bucellam vino imbutam capiant. Iis etiam nec diu balneis immorari, nec multum fortiterque ſudare expedit.

Cibi lo-
cus.

Item po-
tus vice

Quod ſi vehemens infeſtet ſitis, eam vel fructu aliquo refrigerante, ceu malo punico, aut pomo citreo, prunis Damascenis, fragis, ceraſis, moriſve, aut id genus alio quopiam modicè guſtato, fallere, & ſedare licet: ſunt & ſucci quidam ab aromarariis in hunc uſum parati, ſitim eximiè extinguentes, ut qui ab ipſis de Ribes inſcribuntur, de acida ſpina, de pomis acidis, berberis, prunis, uvis ceraſis, aliſque multis: ſiti etiam ſatisfaciunt ptisanæ, julapia, immo & hauſtus unus aut alter ipſius aquæ thermalis ex ſcaturigine.

Sed quomodo determinabilis fiet mora balnei? quod unũ

uni est multum durationis, alteri est minus exiguum; cumque alia, aliis sint efficaciora, & potentiora, alia minus valida & debiliora, illa quoque breviorē, hæc contra longiorē moram admittunt. Dicimus: ut in universis rebus sic & in balneis mediocritas est optima, nec enim nimis frequenter, nec nimium diu, aquis insidendum: frequens balneorum usus corpora enervat, naturam solvit, vires frangit, febres & lassitudines causat: si nimis diu inhereatur calor naturalis ab extrinseco calore balnei ultra modum debilitatur, viresque exhauriuntur: notat hæc, vetus ac verus versus.

Mora in Balneo.

Noxia.

BALNEA, vina, venus, corrumpunt corpora nostra: Restituunt eadem: BALNEA, vina, venus.

Nimirum moderatè sumpta & usitata: ideoque benè attendendum ut calor, & balneum tempori, sexui, ætati, temperamento, habitui corporis, viribus, & morbis accommodetur.

Itaque pro corporum statu, haud difficulter quisvis deprehendet lavationis tempus sibi congruum: etenim mulieres, ætate grandiores, frigidi & humidi, denso, compactoque corporis habitu præditi, pingues & obesi, Balneis assueti, diuturniorē moram in Balneis ferunt; quam juvenes, pueri, senes, calidi, sicci, debiles, macilentii, lotionibus inassueti; illi enim minus resolvuntur, hi autem citiù: atque facilius.

Quibus longior.

Quibus brevior.

Inter Thermas nostras Cornelianæ ob aquarum efficaciam [etsi omnium minus calore actuali gaudeant] ad horam vix tolerari possunt; Cæsarianæ calidæ, mora tepefactæ possunt; Porcetaneæ fervidæ ad Cornelianarum teporem reductæ etiam citra nocumentum diutius.

Determinatur spatium pro singulis Balneis.

Consulendum imbecillibus semel in die lavari dimidiatâ hora, seu paulo diutius: robustioribus etiam priusquam sint assueti Balnei; ne longam trahant moram, non ultra assignatum tempus à Medico: altera die perseverare poterunt diutius ad horam vel circiter, & Balneum si congruat calidius sumere: sequentibus vicibus continuabunt, quo usque sine langore poterunt, nihil tamen ten-

Describitur spatium imbecillis & robustis.

tando ultra vires v. g. ad horam integram & nunquam amplius.

Quoties
& quan-
do de die
Balnean-
dum.

Si morbus postulet & vires ferant, bis in die lavare se poterunt; mane una hora, vel altera ab exortu solis, & vespere concoctione peracta: quæ tamen in aliis citius, in aliis tardius perfici solet. Intercedant saltem inter prandium & lotionem 4. 5. & 6. horæ: quod si patiens debilis sit, & non festinet, semel in die lavare melius est, & sufficit; *sat enim cito, quod sat benè.* Mora tamen in balneo vespere sit brevior, quam matutino tempore, ut natura, fatigata mane, vespere sublevetur.

Indicia
pro- aut
obfutura
balneatio-
nis.

An balneum sit profuturum, nota est, si venter statim primis diebus, versus spinam, contrahatur; sin autem infletur, aut torminibus affligatur, vel si quis primo ingressu uri, rodi intus videatur, deinde horrere incipiat, inutile erit balneum.


Egressus
balneo.

Egressuri balneum linteo mundo calefacto se circumdant: aër enim per apertos corporis poros promptè penetrat, ipsiq; visceribus & nervis haud mediocriter nocet.

Absterfus

In tepidiario, sive ripa balnei abstergentur, & vestibus involventur; exinde in conclavi à ventis, & aère tuto decumbent; ac in lecto, prius Monacho tali calefacto, ut in figurâ appositâ, aut alio instrumento, se component;

Monacholecti-
carias.



sique sudare sit necessum, & natura etiam in sudorem prona atque proclivis, contactu eum elicient, ad semihoram, parcius aut largius ad tolerantiam virium, & proportionem fermè infusus, Sudo-

Sudorem postea calidis abtergent linteis, caputque bene exsiccari, & leniter fricari mandent: linteamina mutabunt, si que dormiendi urgeat necessitas, somnum, si volent captabunt: sicque fractas vires, ob spiritus tum calore balnei, tum sudoribus dissipatos, non nihil refocillabunt sitimque utcumque sedabunt.

Sudatio.

Dormitio.

Vbi quieverint, priusquam sub dio se committant, corpus & caput rursus probe & diligenter siccabunt, siccatum pectinabunt, inde solitas vestes induent, cavebuntque, ne nudis pedibus ambulent, aut aëri frigido sese exponant.

Capitis siccatio.

Induti circiter mille passus, si possint, ambulabunt, aut alio exercitationis genere utentur, sive intra tectum, sive foris, pro libitu: ab aëris constitutione corpus solito diligentius munient, propter pororum cutis à balneo adaperitionem: si verò exercitii rationem morbus aliquis prohibeat, frictiones artuum supplebunt exercitii vicem.

Corporis commotio.

Ab exercitio capiendus est cibus: liquidus quidem optimus, qui alvum emollire queat, nec venas obstruat, nec ventrem flatuoso spiritu distendat, ut jusculum ex malva, artiplici, beta, spinacia, lactuca, portulaca, boragine, buglosso, cerefolio, endivia, &c. aut jus recentium carniū his alteratum, aut panatella, aut pulicula ex hordeo cortice mundato, aut sorbitio aliqua alia.

Cibus.

Deinde traufundum est ad prandium, seu ad solidiusculum cibum, qui tamen sit ex genere eorum, qui bonum succum pariunt, & facile coquuntur in ventriculo: quare excarnibus conveniunt vitulinæ, vervecinæ, bubulæ juniores & teneræ, leporinæ, cuniculorum, capreolorum, &c. Item gallinæ, capones, pulli gallinæ, columbæ seu piones; commendantur perdices, turtures, attagenæ, galinagines, coturnices, turdi, merulæ, alaudæ, aviculæ sylvestres, quæ in sylvis, saltibus & dumetis degunt, &c. ova saluberrima sunt comprimis recentia, sorbilia, &c.

Prandium.

Vitandæ bovinae carnes annoas, duræ, vaccinae, hircinae, equinae, cervinae, porcinae, & omnes salitæ & infumatae: declinanda quoque quadrupedum viscera, ut hepares, lien, renes, cerebrum atque cartilagineae, membranæ intus?

Carnes vitandæ.

Pisces. intestina, farcimina, pedes, & extremitates aliæ, pinguedines, medullæ ossium, anseres, anates, & quæ in paludibus alimoniam quærunt. Item ex piscibus nasones, cyprini, anguillæ, tincæ, muttellæ, & qui squamis carent: haleces, & qui sale conditi, aselli, &c. fructus æstivi & autumnales crudi, legumina, pisa, fabæ, ova dura, lactearia, pulmentaria ex farinis facta; panifici, omneque genus pistorium, caseus præsertim, antiquus, fœtidus, verminosus & acris.

Potus. Potus sit vinum album mosellanum clarum, oligophorum, tenue, non acerbum, claretum &c. cerevisia probe cocta, ac benè defœcata, minimè acida, nec nimium lupulata &c. Neque ignorare oportet, cibum potumque frugalius sumendum esse dum balneo datur opera, quam pro consuetudine: abstinendum etiam frigidæ potu à balneo.

Animi exercitationes. Demum attendant, ne nimia vigilia, sollicitudine, lubricatione, ingenii fatigatione, Venere, aut alio aliquo graviore exercitationis genere corpus exhauriant: denique animi curas & perturbationes, iram mœrorem, similesque affectus seponant: quia *animi accidentia tristia deficiant ossa*. Proverb. 17. *animus gaudens etatem floridam facit*: salibus igitur, jocis lepore conditis, lusu honesto spiritum oblectabunt, jucundis fabulationibus; exercitiis decentibus, spectaculis gratis tempusterent.

Alvus laxanda. Alvus sit laxa, & quotidie aperta: quæ, si jusculis alimentosis commemoratis emolliri nequeat, medicamentis v. g. suppositoriis, clysteribus, &c. sollicitetur, ne symptomata inducantur, operatioque aquarum Thermalium impediat.

Scarificatio. Solliciti decucurbitularum & scarificationum applicationibus (quæ hic apprimè fiunt) Medicum adhibent, ab eoque scient, quot, ubi, quando, & quoties adhibendæ sint.

Balneationis dies & vices. Certus & statutus dierum numerus balneationis generaliter præfigi non potest: propter virium, ætatis, sexus, habitus corporis, consuetudinis, morborumque, maximam

nam diversitatem, alii enim recentes sunt & lenes, ac curatu faciles; alii graviores, inveterati & contumaces. Consultum tamen est, quidecim, viginti quinque, triginta, triginta quinque, & ad summum quadraginta diebus, aut vicibus se lavare: hoc enim temporis spatium, vel morbi balneationis cedunt: vel saltem ad meliorem statum revocantur.

In balneis etiam cura habenda est partium imbecillium ac viscerum quæ corporis valetudinem labefactant; ut scilicet quovis modo roborentur, & quod ipsis thermis deesse putantur, id pro exigentiâ affectuum adjectione medicamentorum cõpensandum v.g. per *Embrocas, stilli-
sidia, fomenta, sacculos, &c.* non tamen bene per *emplastra* aut *linimenta* oleosa (nisi sint artificiosè inventa, aut præparata) quia lentis suis, & crassis substantiis tenaciter inhærent, & ubi fuerint illita, poros cutis replent, & penetrationem virtutum aquæ thermalis in inunctis partibus impediunt ac repellunt.

Cura partium imbecilliarum & viscerum

Symptomatum supervenientium medela Medicis præsentibus, ac balneationem dirigentibus committenda est. v. g. Cephalalgia, vertiginis, defluxionum, Rheumatis, vigiliarum, somnolentiæ, tussis, sitis, febris, alui constipationis, diarrhææ, &c. quorum quandoque causæ sunt vel ipsæ thermæ, vel licentiosa dieta Balneantium, vel neglecta & non sufficiens præparatio.

Symptomata supervenientia

Balneis valedicturi rursus Medicum consulant, ab eoque audiant, necessum nec ne sit? hic, vel domi, humores morbificos residuos, balneatione attenuatos, & vagos repurgare, atequâ malè in aliquas partes nobiles affatim ruât.

Valedictio

Tum demum domum reversi, vires & corpus bonâ victus ratione restaurent: *Natura enim, inquit Aëtius, unacum curatione affigitur. hac vero dimissa invalescit, vincitque morbos, jam debiles ex medela factos.* Hinc est, quod multi eo tempore, quo balneant, fatigati, nihil levaminis, aut vix sentiant, domum vero reversi, ac refocillati, aliquot septimanis, vel mensibus: vel planè se restitutos & curatos, vel saltem ut plurimum alleviatis, sentiant.

Victus ratio postea habenda

Balnea-
tionum
curæ lon-
gæ larèq;
extenta:

Advertant L. B. nos nullas hic observationes usu *thermo-balneationis* curatorum annotare; aliquas verissimas addituros Cap. 14. §. 1. Interim Sanati ipsi sunt vivæ observationes propriarum *Sanationum*, Vix est Civitas in Belgio, aut Imperio, Regnisque vicinis, in quâ non sint Cives aliqui, qui hisce Thermis, *Balneatione*, aut nunc earundem *Potatione*, aut utrisque congruè usitatis, non fuerint adjuti, aut alleviati, immò ad Antipodas usque: Vix adveniunt Infirmi, qui in morbis capite s. 6. & 7. recensitis, opem singularem non sentiant, v. g. Paralytici, Claudii, plerumque sanantur, & ambulant: Surdi, Muti, hi quandoque loquuntur, illi audiunt; omnes propitiante Apolline Supremo, non obstantibus *Thermo-mastigibus*, de quibus cap. ultimo.

Multa de *Thermo-Balneatione* diximus, plurima, tanquam scitu necessaria, addidimus, quibus lavandorum explerentur desideria, Superest nobis de *Thermo-Potatione* dicendum, & monstrandum, illam mirandis effectibus esse plenam, ac curativis qualitatibus pretiosam! Obganniant Aristarchi, Maledicentiæ eorum, falsæque de- tractiones, tanquam Vetularum ineptiæ eliminandæ sunt: non deerunt rationes, Authoritates, & experimenta quibus illam cordati Medici, & alii plurimi probabunt: Igitur.

C A P U T I X.

De novo POTATIONIS usu aquarum Thermalium.

De ther-
mopota-
tione
varii va-
riè.

INterno usui *Thermopotationis Aquisgranensis* idem accidit, quod olim mineralium aquarum acidularum, ac aliarum thermarum *Potationibus*: eum aliqui summis laudibus extollunt, omnique conatu in medicinâ introducere student. Alii vero, ad aliud extremum confugientes, omnino improbant, ac rejiciunt, jubentque è medicâ praxi exulare. Illorum multi solis Elogiis; horum plerique solis Obtrectationibus certant: Utrique acrius, quam pro aris & focis: Nulli eorum rationibus, quarum

quarum loco tuam plerumque nudam aucthoritatem obtudunt, omnique rationi potiore haberi volunt: sic sua quemque passio rapit, sic Phylautia triumphat.

Non in fidendum censemus, qui prætermodum rem quampiam evehunt, eo, quod ab aliis laudari, audiant: Sed nec is quoque, qui obtreccionibus ac maledicentiis eam proscindunt, non, quod ratione sibi, malam esse, confitet, sed quia sic fortè à principio falso præoccupatis visum est, ac turpe postea reputant, præconceptas semel nimis charas opiniones deponere, quibus ideo malunt mordicus ac pertinaciter inhzrere, quam novas, etsi magis probabiles recipere.

Unde hoc?

Hinc abusus maximi exurgunt; dum aliqui indiscriminatim, immo & inconsultis Medicis, non necessario, quandoque planè aduerso remedio, aut minus debite usurpato, sibi metipsis damnum inferunt. Non minus peccant, qui profuturum Multis thermalium aquarum in expugnandis morbis internum usum, solo cæca suæ passionis impetu absolute expunctum, atque abolitum volunt. Sed valeant hi & illi, & rationis immemores, ad ravim usque decertent.

Inde abusus.

Qui rationis sectantur iter, rectè in immodicos illos Encomiastas invehuntur: ipsi res ipsas absque mentis commotione, non, quod alii sentiunt, perscrutantur, atque demum suas opiniones, quas putant rationi consentaneas tueri conantur, extremis illis spretis, quæ à veritate ut plurimum recedunt. Eorum itaque qui ratione procedunt, aliqui usum internum *Thermopotationis* dissuadent, aut saltem suspectum reddunt, his passim rationibus.

Rationes impugnantium Thermopotationem. Nimius calor.

Prima. Arguunt thermales aquas nimium calefacere, atque earundem potu calidam hepatis & viscerum intemperiem induci, ac intendi calore thermarum, tum *Actuali*, tum *potentiali*: qua objectione maxime intricatur *Vulgus*, & à Potatione thermalium suspenditur.

Secunda. Quia aquæ thermales mineralia continent, quæ corpori nostro non sunt proportionata, nec salubria ut *sal, nitrum, sulphur, &c.* insuper nociua, & corrosiva

Contenta in iis mineralia.

ut *alumen, viriolum, &c.* immo maligna & venenata, ut *calx, gypsum, arsenicum, &c.*

Exficca-
tio.

Tertia. Oppugnant omnes aquas thermales, & dicunt, eas nimium exficcare, ex quo inferunt, humidum radicale absorberi, & hinc vitam minui.

Univer-
salitas.

Quarta. Rident, eos qui iis utuntur: qui eas quoque habent pro medicina universalis; quis enim credet eas Antiquorum Panaceam esse? aut piscinam Judæorum probaticam?

Nonom-
nibus cõ-
veniëntia.

Quinta. Quia paucissimis conveniunt ætatibus v. g. non Senibus, non Pueris, &c.

Sexta. Arguunt minerarum earum inconstantiam & mutabilitatem.

Tepor.

Septima. Dicunt, tepidas eas bibi: tepiditatem autem ventriculi tonum relaxare, appetitum prosternere, vomitum concitare, &c.

Octava. Afferunt nullum affectum ab iis curari, qui à diætâ, pharmaciâ, aut chirurgiâ curari non possit.

Incertitu-
do mine-
ralium.

Nona. Allegant difficultatem, & incertitudinem explorandi mineralium naturas & mineras.

Remediũ
nocens.

Decima. Experientia volunt certum, plures usu interno thermarum lædi, alios ita male affici, ut agrè restitui possint, denique quosdam interimi, & mori.

Undecima. Novitatem remediũ increpant, præter ista fortè permulta alia obijciunt. quæ modo colligere non valui, semper facturus, ubi proponentur.

Thermo-
potatio.
fana est
medicina

Alii vero magni viri, & in medicina clarissimi, expertissimi longè aliter nobiscum sentiunt. *Thermopotationem* admittunt, & eam cum Cassiodoro *tantumquam delitiosam, sine tormento curam, sine horrore remedium*, pro variis infirmitatibus blandam ac salutarem medicinam commendant, & persuadent, aliis utpote ducti rationibus & experiētiis. Ideoque consuetudinem servant Ægros suos ad thermas, ipsis notas, ablegandi, quas natura in variis Europæ partibus, & locis liberaliter elargitur: quibus aptè internè usurpatis, & congruè administratis in diversis affectibus, etiam deploratissimis quandoque morbis, per expertos doctosque Medicos

Ejus o-
peratio.

dicof

dicos, varias curationes, & admirandos effectus produci vident, sciuntque, ab iis humectata, sicari: obstructa, aperiri: repleta vacuari: debilitata roborari: vergentia ad putredinem, à luetali præservari: lenta & viscida incidi, atque detergi: colluvies atque impuritates viscerum, expediti: optimam temperiem, à quâ desciverunt, restitui: illorum depravatam œconomiam corrigi: tonumque eorum iis restaurari: immo qualitates mutatas, salitorum, acidorum, acerborum, acrium, &c. dominari, mitigari, & dulcificari; hæcque singula facere tuto, cito & jucundè, nimirum sine dolore, & molestiâ: quod optima curationis & operationis esse, Gal. lib. 24. meth. med. asserit. Hinc myriades hominum, qui passim usi sunt innoxie, in Italiâ, Franciâ, Germaniâ, & adhuc datâ occasione, hic Aquisgrani utuntur sine noxâ, Adversariorum allegatas rationes parvi pendunt: iis tamen satisfaciendum, ut ubi satisfactum fuerit, abundè etiam thermarum hærum potatio saluberrima superstruatur & stabilietur.

CAPUT X.

Prima & potissima objectionis Solutio: num scilicet ab actuali, aut potenciali calore calida Iecoris intemperies inducatur, aut intendatur in interno usu thermarum harum?

Priusquam hanc objectionem solvamus, rem maximi momenti in medicina me facturum arbitror, si thermalem hanc aquam Aquisgranensem in suas partes integrales, tanquam in Anatomem, redigam, easque singulatim (quantum intimi ejus recessus glebarumque metallo-mineralium varietas, & in aquis mixtura permittunt) hoc loco probè trutinem; ex his enim tota infirmorum iis, vrentium, salus dependet.

Hæc ergo sunt, quæ sensibus nobis obvia existunt, partim sponte, partim Spagyrica analyseos cognoscibilia 1. Calor: 2. Aqua: 3. Chaos salinum, & ejus flores: 4. Sulphur.

Sensu perceptibilia in hisce Aquis thermalibus.

phur. aut ejus flores : 5. Horum & illorum spiritus corporales : 6. Apparenter & probabiliter Aris aut Cadmia unctura : 7. Argilla : 8. Sabulum. Alii alia, ut Veteres, qui de aliquibus thermis scripsere levibus conjecturis fundati, adducunt; Sal, Nitrum, Vitriolum, Alumen, Bitumen, Ferrum, &c. etiam Novelli Spagyrici, hisce thermis Aquisgranensibus Mercurium inesse putant; cum verò ea inesse demonstrabunt, credam: nunc nec illis, (ut puro) nec mihi de aliis constat, quamvis diligenter sæpè examinaverimus, nec alia mihi fingam, ne de meris imaginariis frustra loquar.

Parisienses Curiosissimi, Scientissimi, Expertissimi fontes Gallia mineralis calidos, tepidos, & frigidos fermè 70. accuratè examinaverunt, ritèque observarunt in Academia Regiâ Scientiarum, quas collegit, typisque dedit clariss. D. du Clos, ejusdem Academiae Consiliarius, & Regio-Medicus, qui ibidem suâ & aliorum proponit ingrediètiâ, & probas thermalium, ad quem remittimus Benevolum Lectorem.

Proportio & quantitas &c. ingrediètiarum. 1

Nos, qui minori diligentia, sæpiùs tamen, hanc aquam Aquisgranensem examinavimus, hanc proportionem, & quantitatem mineralium hisce aquis thermalibus inexistere putamus, ut in unâquaque mensurâ aquæ, pendente tres libras Medicas, reperire sint Salina materia scrupuli 4. grana 80. sulphuris, aut florum ejusdem, tantumdem in Cornelianis, & Rosaceis &c. fortè plus: in Cæsareanis, parvo balneo, &c. minus: in Porcetanis nulli, Tincturarum seu spirituum, incerta, at copiosa quantitas, & quis eas ponderabit? certò iisdem turgent aquæ: Argilla nunquam duo grana; Sabuli vix granum unicum.

Thermis nostris adsunt & insunt mineralia Entitativè, &c.

Datâ occasione, hic pertransennam fusius exponenda, & refutanda illorum falsissima opinio, cap. 3. qui volunt, thermis nostris Aquisgranensibus Mineralia non adesse, nec inesse Entitativè, Substantialiter, Materialiter, Corporaliter &c. 1. Scire possunt, ex cap. 7. Millenas, & Millenas confusorum salium, seu chaos Thermalium, ex hisce scaturiginibus quotidie expectari, & cum eisdem

eisdem aquis effluere. 2. Eadem ab Ancillis scopis everri, & amandari. Immo 3. viderent, si vellent, monticulos salinos, in margine alvei Cæsareani, de fornice, ex vaporibus & exhalationibus, guttatim decidentibus, accrescere. 4. Eadem salia liquefaciendo, denuò sulphurari, sulphur olfieri, gustari, &c. 5. Palparent eadem, si vellent, supernatantia aquis, vel præcipitata ab Ancillis. 6. & viderent, si vellent, sulphur, aut ejus flores, in collo putei Cæsareani, aut alibi, adherentes abundanter: & 7. In Pharmacopoeorum officinarum lustratione, à Pharmacopolis ipsis Magnas quantitates salium thermalium, & florum sulphuris in suis pixidibus asservari, & monstrari. Ast, Heu! oculum veritatis claudunt illi. Adfunt ergo, & verè insunt mineralia hisce thermis, Substantialiter, Materialiter, Entitativè, Corporaliter &c. Hinc iterum valeant *Spirituales, Virtuales, Tincturales, &c.* Fuit eorum Mineralium mixtionem, de quibus iterum actum cap. 3. Nunc scorsim singula investigemus proposita.

Calor vulgi abusivus, & errorum auctor, primo elucidandus est. Philosophi & Medici qualitates primas; *Caliditates, Frigiditates, Humiditates, siccitates* semper, & benè, distinguunt in *Actuales & Potentiales*, quarum longè est dispar ratio.

Calor.
Primæ qualitates dividuntur.

Potentiales qualitates sunt ita implantatæ subjecto, ut ab eo nequeant separari, nisi cum ipsius destructione, ideoque quamdiu subjectum intra corpus remanet, etiam si ad annos integros, ex quoque vigent, & continuo vires exerunt: contra *Actuales*, nullo negotio, à mixtis separantur, atque evanescent, quia adventitiæ sunt, & extraneæ; adeo, ut quæ actu frigida assumuntur, à ventriculi blando calore, frigiditate depulsâ, tepescant: quæ vero calida sunt actu, superfluo calore expirante, ad eundem teporis gradum, ut statum ventriculo familiarem reducuntur: id, quod thermarum caloribus evenire, jam jam, ostendemus.

Divisæ explicatur.

Aqua notissima est, ejusque natura & qualitas: hinc immixtorum Mineralium, Metallorum & calorum receptaculum est, & Vehiculum.

Quid sit hic aqua.
Chaos

Quid
Chaos
salinum.

Chaos salinum, sive illa salina mixtura, difficillimi examinis est, & sejunctionis, analyseosque, (ut autumor) impossibilis, etiam per Chymicos expertissimos, omni nantes opinione vulgari, compositum esse ex diversis salibus, ut, *alumine, nitro, sale, utriolo, &c.* esse potest Sal Hermeticus Clariss. D. Rochas de quo tot miranda deprædicat in suo tractatu, *de aquis mineralibus*: Nobis vero erit *sal thermale*, seu *Enixum Thaumaturgicum*, illudque quo ad minima dissolutum, perque totam liquoris massam dispersum, omnino disparsens, unius generis, & simplex esse, videtur, *resuliatum tertium* particulare quidpiam possidens nobilissimum, & potentissimum; sit enixum Thaumaturgicum, sit sal thermalis, haud secus ac Chivolo 1. cap. 4. demonstrat in Emplastro *Sarcitico* in cujus compositione ingredientia, *qualitatem quandam diversam à mixtis resultare* affirmat, & fusè probat, & nos de resultato, seu enixo thermali, dicimus, cujus etiam aliquas proprietates hic recensibimus. *Sal illud, seu chaos*, neglectum, aërique relictum, siccum, fixumvè non persistit; ut omnes alias sales, sed liquefit, & humidum, seu acidum cærum suscipit. 1. Hæc *salina mixtura*, seu materia, violento igne fluitat, & in massam cogitur, tumque mirabiliter novum sulphur recuperat, quod odore, sapore, visu, manifestatur; Sulphur hoc primogenium, & radicale salium thermalium autumabat Chrysolita & Chymicus egregius: nisi sit aut sulphur ignium, carbonum, &c. Idem *Chaos salinum* propulsum in examine distillationum, aut sublimationum, ad modum salium volatilium ascendit, & sublimatur, adheretque parietibus instrumenti, & multi nihil extrahunt: tamen Clariss. D. Borichius, Regis Daniæ Medicus, ex simili materiâ salinâ secum assumptâ, & transportatâ spiritum eduxit, aurum solventem: *Ex litteris propriis.* 4. Si aqueus thermalis liquor ad siccationem fermè redactus fuerit, & solo spiritu salis misceatur in vitro, salinum aliud corpusculum diaphonum, crystallinum coagulat, præcipitat, & figuratum reddit, quod aëre alteratum, in pulverem albißimum redit. 5. Idem *Chaos salinum*, si spiritus

Proprietates.

ritus misceatur v. g. salis, vitrioli, sulphuris &c. confestim, & diu effervescent, bullulas ex fundo vitri, ad multum tempus, sursum pellit; sales volatiles supra liquorem ad margines vitrorum mittit, & aggregat. 6. Chaos idem salinum thermale nostrum gustu non exhibet saporem lixiviosum, ut supposit Clariss. & Expertiss. D. Sylvius *Prax. Med.* 10. l. 2. cap. 23. §. 736. & Parisienses dicunt de Bourbonensibus salibus in *Archambaulte*, cum D. du Clos pag. 82. latin. 50. Nec magnam acrimoniã, aut astringentiã, sed sallèdinem, cum moderatissimã aciditate edomitã, obũbtata, absorptã, & mortificatã in effervescentiã, & pugnã subterraneã, atq; digestionibus diuturnis & longis dulcificatã. 7. Idẽ liquor, seu aqua thermalis, vitro susceptã solã additione paucorum granorum *salis*, aut *vitrioli martis*, tota nigrescit. 8. Thermarum harum liquor ad modum Acidularum v. g. Spadanarum &c. non nigrescit, si gallæ nuces, grossè contusæ injiciantur: nonne, quia supradictus liquor thermalis suis particularibus mineralibus salinis, spiritibusque fortissimis, ita gallarum corpus penetrat, ac dissolvit; ut tincturam solam edere non possit? sed substantiam propriam suam corporalem mollescendo præbere cogitur, & illa per liquorem disseminata, eundem turbat, latescere facit; aut flores sulphureos in fitos dictarum aquarum congregat, præcipitat &c. 9. Sal Thermale nostrum duplex conspicitur, *salino-fixum*, & *sulphureo-nitrosum*, de quibus infra, in Appendice ad Clarissimos Benevolos Medicos. 10. Alii alias proprietates illi assignant, v. g. D. Heusch p. m. in Annotationibus suæ experientiæ doctrinalis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. &c. ibidem quod *Vitriolum Martis*, aquã communi dissolutum, præcipitet; quod, salem thermalem omni aciditate esse exemptum asserat, &c. Aliæ habentur in probis Hollandicis post præfationem, & apud D. du Clos, à DD. Parisiensibus factitatas lib. obs. & exam. aq. Gall.

Nigrescunt.

Præservatur liquor thermalis à nigredine.

Appendix.

Hic operæ pretium duxi, remque magni momenti me facturum, arbitratus sum, si, antequam ulterius prosequat, & de aliis ingredientibus loquar, toti cœtui

K

Bene-

Benevolorum, Clariff. Medicorum patefaciam, quafdam Annotationes, à me animadverfas, & annotatas ex libellis Observationum, feu Examinum aquarum mineralium Gallia, à Scientiffimis DD. Pariffenlibus Academiae Regalis collectas, typifque datas, 1. Gallicè Pariffis à Doctiff. du Clos; & 2. Latinè tranflatas Lugduni Bat. Ipfo D. du Clos, aut ipfifmet Scientiffimis DD. Collegis Academicis, bis tranfcriptas, & miffas, una cum noftris ingredientibus Salibus Thermalibus, & Floribus Sulphureis, amica manu certò traditas, at fine refponfione; ideoque ad illas confiderandas, & ruminandas quofcumque Doctiff. & Expertiff. cordatos Medicos invitamus. Sunt autem hæ.

Compa-
ratio cū
Bourbo-
niacis.

Inter fontes minerales Gallia calidos, aut Thermales, N. XVI. pag. Lib. Gallici 28. & 29. Latini pag. 17. ritè examinatos, & obfervatos à Curiofiffimis DD. Academiae Regalis, duos famoiffimos, hifce noftris Aquifgranenfibus fumme affymbolifare, comperimus, fcilicet Bourbonios; *de Lancy, & d'Archambault*. 1. in diffillationibus, nec in illis, neque in noftris quidpiam sulphuris comperitur; licet certò sulphuratae fint omnes. 2. etiam planè affimulantur in configurationibus fuorum falium thermalium: videlicet *De Lancy* in figuris cubicis &c. & *D'Archambault* in nitro-sulphureis; fed non lixivialibus, conveniunt infuper 3. in quantitate & multitudine albæ falinae materiae, cujus in illis *De Lancy* libris quinque dragmam unam invenerunt &c. & in his *D'Archambault* libris 4. drachmam unam & femis, in noftris multò plus, ut patebit ex fequentibus.

Probæ primi afferti, feu fimilitudinis, habentur fupra; cap. 6. ubi diximus, in noftris, ne granum ejuſdem sulphuris poſſe in diffillationibus retineri, aut videri; quod etiã lagenas transportatorias duplicis Vitri pertranfeat &c. Nec Clariffimus D. du Clos cum Sociis per totum fuum libellum illius meminit; nec illud proponit. Secundi afferti affimilatio fic eſt, & dicam; fales Corneliani nobis apparuerunt, & vidimus certã experientiã, in medio aquarum fuarum coaluiſſe, partim in bacillos cryſtallinos dia-

phonos, medietatis digiti oblongos, tenues, quadratos, decussatim concretos, nitro-sulphureos, aëre facillimè alterabiles, simillimos his *D' Archambault*: partim alii earumdem aquarum, sales figuras cubicas & fixas capiebant, imitantes illos alios de *Lancy*, sales marinos. Utrique sales, iterum sine sapore lixiviali. Eorum nisi probas Parisios, ut quisque curiosus ibidem gustare, & probare posset, cum floribus sulphuris naturalibus thermarum nostrarum.

Pro ulteriori asserto; tertia assymbolisatio est, in quantitate salinæ materiæ &c. dicit *D. du Clospag.* 58. sui libelli Gallici, Latini 35. in illis de *Lancy*, proportione ad aquas thermales, remansisse in cucurbitis albæ salinæ materiæ $6\frac{1}{2}$. ex quâ separavit terræ materiæ $\frac{1}{10}$ salinæ verò sapore salis communis $\frac{2}{10}$, quæ in cubos coaluit, adinstar salis marini: Insuper autem in his *d' Archambault* pag. Lib. Gallici 82. Latini 50. etiam proportione ad aquas thermales residentiam salinæ materiæ fuisse $\frac{1}{3.6}$ & hanc eandem residentiam habuisse terræ $\frac{1}{10}$ & salium nitroforum lixivialium $\frac{2}{10}$ sic textus sonant.

Ulterius asserit, & dicit pag. 65. Gallici, Latini. 39. se seorsim 5. libras aquarum de *Lancy* observasse, easque continuisse salis fermè drachmam, seu grana 60. aurilabrorum: Sic unaquæque uncia granum possidebat. Item pag. 65. lib. Gallici Latini 51. Se etiam fontis *d' Archambault*, 4. libras unâ cum Sociis examinasse, in quibus reperit salis nitro-sulphurei drachmam unam, & semis, grana 90. sic unaquæque uncia granum unum & semissem habebat; junctim 5. & 4. libræ examinatæ 9. simul 150. grana continebant, cujuscumque ponderis.

Jam autem cum illæ amborum Bourboniorum examinatæ 9. libræ sint innominatæ, & non specificatæ (cum veniâ) exurgit reflexio, An illæ 9. libræ medicinales fuerint,

Dubitatio.

eint? an civiles? hic Rhodus, hic nodus est: earum enim est magna discrepantia, licet convenient in ponderibus uncialibus, drachmalibus, scrupulis, & granis. Libra medica semper est, & ubique 12. unciarum, civilis quandoque 14. alias 16. unciarum, & plurium.

Nos verò hic Aquisgrani, ut diximus in initio cap. in libris 3. medicinalibus 36. unciarum comperimus, & invenimus supradictæ salinæ materiæ scrupulos 4. seu grana 80. quas libras triplicando, ut etiam habeamus 9. facerent salinæ materiæ grana 240. Nec mirandum, in evaporatione per se solâ aëreâ, spatio quindecim dierum, vitri unciarum decem, relicta est mihi materia salina thermalis grana 25. granatim ponderata à Pharmacopola. Hinc

Supponamus 1. quod illæ 9. libræ innominatæ duorum Bourboniorum fuerint medicinales; hæc 9. libræ continere deberent salinæ terreæ materiæ drachmas duas cum dimidiâ; videlicet 150. grana: Nostratum 9. libræ aquarum thermalium Aquisgranensium medicinales continebunt, ut dictum 240. grana salinæ terreæ materiæ: sic in hoc pondere medicinali minimo, paulò minùs duplum duorum Bourboniorum, scilicet 60 grana solum minùs.

Supponamus, & dicamus 2. quod illæ 9. libræ observationum, & examinum Dominorum Parisiensium fuerint civiles 14. unciarum, numquid deberent nostræ medicinales augere, & crescere in contentis salibus thermalibus de quadrantis medietate? de librâ cum mediâ? seu unciis? 18. scilicet bis 9. medietas trium librarum medicarum; & sic 40. grana; quia hæc libræ superant medicinales de duabus unciis, sic haberent in salibus thermalibus fermè duplum duorum Bourboniorum, nempè 280. grana.

& si supponamus 3. quod omnes illæ libræ 9. fuerint civiles, 16. unciarum, ut verò similiùs; quia hic agitur solummodò de solâ cognitione ingredientium, ubi maxima quantitas illa, meliùs detegit, & manifestat; nonnè tum nostræ 9. libræ medicinales crescere, & augere deberent in contentis salibus thermalibus de quadrante integro, nempè de libris 3. Medicis, 80. grana? quæ tum essent 320. grana, verè suprà medietatem duorum Bourboniorum.

Quas laudes non obtinebunt? qualia Elogia non promerebuntur thermales Aquisgranenses? quales operationes non facient? si illa copia magna nobilissimorum & potentissimorum salium thermalium in hisce solis scaturiginibus consideretur, ut causa principalis, & principale Agens effectuum saluberrimorum, quos producant in utibus *Balneationis & Potationis.*

Quibus omnibus consideratis, & collatis, si vittutes (ut certum) præcipuè exurgant à Nobilissimis Salibus, & Sulphure; Nonnè hæ nostrates Aquisgranenses Elogiis utrorumque Bourboniorum digniores sunt? ut potè eadem contenta habentes, & possidentes, immò multum superantes; easdemque facultates exerentes: immò dicam (non invident) sicut D. *Carolus Magnus* Aquisgranum politici regiminis caput constituit, ita jurè meritò Aquæ minerales thermales Aquisgranenses capita thermalium mineralium censerè, & haberi debent: & cum duas naturas in hisce nostris salibus thermalibus detexerimus, ut diximus, ab his quoque salibus ut cumque contrariis, contrariorum sit, & quandoque procedit effectuum diversitas, modo ab uno, modò ab altero (pro ut exigit necessitas) principalius operante, coadjuvantibus floribus sulphureis ingenitis & immixtis perfectissimis & innoxiiis.

Elogia.

Præferentia & Præstantia.

De *Floribus salinis* pauca dicenda sunt: lapides regentes canales alveorum penetrant; ac in modum salis petreæ roris instar sese præbent; parietibus alveorum quandoque adhærent, candidi, albissimi, ejusdem gustus cum salibus, & recedentes ex fornice Balnei Cæsareani monticulos salinos formant &c.

Sulphur, non vulgare illud & impurum, in hisce thermis reperitur, sed potiùs flores sulphurei pulcherrimi, sine ullo empireumate dulcissimi, vix odoriferi longè meliores iis, quos Chymistæ parare solent: associantur semper (quasi maritat;) floribus salinis supradictis; apparentque simul & unà, si eidem flores sulphurei sublimenrur; residuum, seu caput mortuum, prædictorum florum sulphuris, sulphuri vivo Apothecariorum simillimum est, &c.

Probatur
experien-
tiis mis-
cellam
minera-
liū ther-
mis inef-
se.

Commixtionem & miscellaneam Variegatam salinorum ac sulphureorum præfatorum mineralium, aquis hisce thermalibus inesse apprinè demonstratur, si nitido numismate argenteo, vel scypho, vel scutella aquam thermalem fontis potatorii suscipias, statim flavescit, & aurato colore tingitur; & si secundo repetas, pulcherrima rubedine purpurefcit, si demùm tertio, virido-nigrescit &c.

Spiritus
corpora-
les

Horum, & illorum *Spiritus* corporales mineralium etiam his aquis inesse, non levi conjecturâ percipitur, odore, gustu, ptilizarione, seu saltibus, vinorum Rhenanorum aut Mosellanorum simillimis, præsertim in eâdem aquâ distillatione propulsatâ, etsi dulcissima sit.

Addimus, conspici in rivulo Poretano aquarum calidarum ad prata delabente per radios solis oppositos, copiosam & subtilissimam exhalationem prædictorum spirituum rubedinem iridiale, aquis illis insidentem easque lambentem, veras flammâs mentientes.

Tinctura

Tinctura spiritualis *Ætis* seu *Cadmia*, facillimè conciditur ex eo, quod tota patria ad Occidentem, ad Meridiem, & ad Orientem usque deque sit apudibus Caliminariis abundantissimè referta, de quo alibi dictum.

Argilla, quam aliqui insinuant Gillam vitrioli, alii præcipitatum aluminis, alii terram sulphuream autumant, alii terram esarinam, & Clarissimus Rochas terram Virgineam putat; per se nota est, & levissima, frigida & terrea; ab hac potissimum, vel minimè turbante, obscurantur aquæ, & in alveis albescunt; quæ tamen vitro susceptæ claræ apparent & lymphicæ, etiam granum unicum eiusdem, multum aquæ limpidissimæ perturbat.

Hanc argillam Clariss. D. Rochas operatione & virtute magneticâ vult esse appetitivam, attractivam, & susceptivam salium universalium aëreorum volatiliûm, acidorum, seu suorum Hermeticorum, qui semper præsto sunt reimpibitioni: unde asserit, quacumq; diligentia, & conatu sales hos *thermales* extrexeris, elueris, spoliaveris lotionibus, & lotionibus, &c. tamen post brevè tempus. sibi relicta, ubicumque commissâ etiam cistæ inclusa, sale novo Hermetico,

metico, thermali refici reimbibi & reimprægnari.

Sabulum, Mixtionē confusâ Fallopiā mixtum, per se notum quoq; est; aquæ thermales post effervescētiā apparenter illud pertranseunt, illoque purificantur, & clarescunt, illiusque pauillum (ut diximus) secum rapiunt, corpus effectum est, nihilque tribuens thermis. His positis.

Ad *Primam* Adversariorum rationem dicimus, Thermalium aquarum, etiam mineralium, suo in fonte, nonnullas tantopere fervere calore actuali, ut ova incocta indurent, porcellos depilent, gallinas deplument, immisum digitum nimio calore lædant: ales, si quis hauriret, dubium non esset, quin sibi ventriculum percoqueret, sed prius os, linguam faucesque adureret. In illum re et declamarent Adversarii; sed quistam fatuus? ut illa faciat, jubeatvè?

Hinc supponimus, aquam thermalem non ferventem bibi; sed moderatè tantum actu calidam, ut *Corneliana* est, qualem os, & fauces, scilicet: sine molestiâ perferunt: quod si verò os ipsum, fauces, ac lingua ab aju calore actuali non offendantur, cum à natura exquisitissimo sensu sint dotata, excubiasque quasi agant, & ingerenda examinent, quin, h grata, admittant; sin minus, respuent; certè minus hæpar afficietur palato, faucibus, cum parenchymate sit sensus hebetioris, longiùs dissito, habeatque prævios nominatos hos Examinatores, ac Excubitores. Deinde haustæ thermalis moderatus calor, prout assumi solet, antequam is ad hæpar perveniat (si modo verum sit, assumptas aquas ipsum permeare) in ventriculo, & reliquâ viâ necessario remitti debet; cum enim ille calor sit extraneus, & adventitius, facilè ab aquâ separatur, sive totus, sive secundum gradus, ut cum illa è fonte deprompta in loco frigido, vel minus se ipsa calido collocatur; Ventriculus autem hominis non adeò intensum habet calorem, qualem aqua thermalis justè calida, assumpta; sic non potest ejus calorem actualem, in eo, quo assumitur, gradu servare; adeòque necessario remittitur in ipso etiam ventriculo, & aqua in eo solum re-

poris

Sabulū.

Nimius
quarum-
dam
therma-
rum ca-
lor.

Bibitur
Aqua
thermalis
moderatè
tantum
actu ca-
lida.

poris gradu servabitur, quem ille frigitis Acidulis, aut liquoribus aliis dare potest; sic nullum hepatis adferet incommodum, quia tepor eidem familiaris est.

Ventriculi calor.

Quod autem *Ventriculus* non tantum possideat calorem, ex eo luce clarius patet: quod iucula justè calidè assumpta, si post semi-horam, digito, in fauces adacta, rejiciantur, remisso calore, tepida solum in ore & faucibus percipientur, & persentientur, ipsæque adè thermales aquæ: Præterea in vivis canibus, aut animalibus, aperto dextrè ventriculo, chylus tepidus semper, non calidus, invenitur.

Contra-dictiones adversariorum.

Clamitabunt: Ventriculum majori præditum esse calore debere: quia 1. Chylosis à calore fit: deinde ea, quæ assumuntur frigida, in eo calefiunt 3. quæ calida potestate in actum vocantur turunt; ut spiritus vini: demum. 4. gradus super gradum majorem facit intensiorem: ab adjuncto, ergo ventriculi calore, thermalis calor fovetur, atque intendi debet.

Chylosis primariò & per se non fit ab intenso calore,

Ad primum: *Chylosim* ab intenso calore primario & per se fieri, nemo unquam docuit; nemo probavit: quia est res à ratione aliena, atque omninò falsa: nam cum ventriculus sit pars spermatica, & membranosa; tantum calorem habere nequit: quin potius frigidus est: quod si chylosis per elixationem fieri debuisset, natura non membranaceum ventriculum constituisset, ac construxisset, sed carneum, qualia sunt cor, hepatis &c. quæ calore pollet, deinde, quo calidior esset ventriculus, eo melior fieret concoctio, vigeretque appetentia; sed contrarium evenit; demum. quistam indoctus est, ut credat, canes paucishoris solida ossa, ovorum testas, aves semina durissima, ipsosque frigidos pisces, alios integros pisces, solo calore in chylum vertere?

Sed secundariò moderato calore.

Equidem ad concoctionem secundariò calorem concurrere modeatum, tanquam causam coadjuvantem necessariam, concedunt omnes: à solo calore primariò, eoque intenso, iterum dicit nemo; sed communiter scholæ ventriculi Idiosyncrosiam in subsidium vocant: Recentiores

centiores omnes doctissimi, succum acidum dissolventem, seu fermentum.

Ad 2. *Quæ frigida assumuntur*, tepescere in ventriculo, scimus; at non calefieri in eo gradu, in quo thermalis aqua assumi solet, experimenta superius allata, abundè docent.

Ad 3. *Potentia calida* eodem modo, à ventriculo actuali solum tepore perfunduntur: majorè verò, quem exhibent, calorem actualem propriè dicere non possumus: nec enim à *Ventriculo*, sed à seipsis habent; neque is à solo ventriculi calore, ad agendum excitatur, sed à dissolutione, quæ vi acidi succi fit. Deinde nos hic de actuali calore agimus tantùm, ad quem non rectè à potentiâ argumentatur, & concluditur.

Ad 4. ut gradus supra gradum majorem faciat intensiorem, duo requiruntur. 1. ut primus gradus, cui alter superadditur constanter perseveret, nec aufugiat. 2. ut accedens novus gradus sufficientem habeat sensibilem intensiorem: quæ duæ conditiones in proposito casu defunt: si quidem, ut ostendimus aquæ thermalis actualis calor, semper ab aquæ radicali frigore expellitur, etiam in ipso ventriculo: nec etiam servari, aut reparari ab hoc potest: quia nemo dat, quod non habet: Ventriculus autem ex se, ut ostendimus, tantum non habet calorem: quo pacto ergo poterit minor calor majorem ad fugam paratum reparare? cumque tam exiguus sit ventriculi calor, respectu ejus, qui in aquâ justè calidâ existit; certè nullam faciet majorem intensiorem: Igitur ventriculus nihil addit calidæ justè aquæ thermalis, immo ipsemet aliquandiu illius calore fovetur, idque solum præstat, ut, exhalata per expirationem majori aquæ caloris parte, ea in tepore sibi proportionato servertur, qualem frigidæ ingestis communicat, vel quali juscula calidè assumpta, dum vomitu rejiciuntur, prædita esse, *sensimus*: ex eo autem *hepatis* noxa advenit nulla.

Omnes ferè Practici ad fervidam *hepatis* intemperiem corrigendam, juscula potestate refrigerantia, actu justè calidâ [minus tepida, quia vomitum cièrent] præscribere

Frigida assumpta tepescunt in ventriculo.

Potentia calidâ à ventriculo actuali solum tepore perfunditur.

Conditiones ut gradus supra gradum majorem faciat intensiorem.

Ventriculi calor.

Et hepatitis.



consueverunt, ad viginti, & ultra, sæpè dies; eaque strenuè refrigerant, nec ab eo calore actuali, refrigerandi potentia retunditur, nec quempiam unquam, damnum ab eodem se perensisse, audivimus: qui verò talium jusculorum usum propter calorem actualem damnat, is temerè nimis solus, cum tot Doctissimis Practicis creditur, nobisque sua figmenta obtudit, maleque thermalium aquarum potationem, propter similem calorem actualem, damnat.

Porus
calidæ
probatur.

Græci, & Romani calidam in potu usurpabant, & Turcas, Ægyptios, Indos, & Chineses, aliasque calidas Gentes, calidiori, ac fermè ferventi potu, communiter delectari, videmus: suntque longè, quam nos, firmiori valetudine; tantum abest, ut ex *calido potu* noxam contrahant, cum tamen per totam fermè vitam eodem utantur: immo putamus post alios, quod si Prisca calidè bibendi consuetudo restauraretur, forè ut tot homines, ventriculi imbecillitate languentes, non cerneremus: quid ergo de thermalibus aquis per decem, quindecim, aut viginti dies assumptis objiciunt Adversarii?

Frigidæ
minus
noxius.

Si thermales aquas ob calorem actualem rejiciunt, certè majori jure Spadanas, & alias Acidulas insectari ob frigus licebit, quia actu valdè frigidæ sunt; quæ quidem qualitas humanæ naturæ per quam adversa est: hinc fit, quod Doctissimi Leodienses Medici, *Spadanas aquas* non raro ad ignem calefacere, & ventriculi regionem calidis linteis, & medicamentis munire suadeant, quia, ut ipsius celeberrimi Ventilatoris Henrici ab Heer verbis utar: *Frigus actuale nulli esse usui potest*: contra calore fovetur viscera: Unde seridè suos Hydropotas hortatur, ut pravam frigidè bibendi consuetudinem dediscant.

Variorū
varius a-
quæ ap-
petitus.

Jam vero, quis contradicentia, ne perversa, dicamus, hominum judicia non demiretur? Leodienses, cum frigidos habeant fontes *Spadanos*, eorum aquas calefaciunt, & calidis pannis involvunt, atque in lecto, ad ignem sæpè hauriunt, cum magno medicamentorum calidorum apparatu, ne scilicet aquæ frigus actuale noxam potantibus

bus inferat, immò forsan calidos suos fontes scaturire optarent: atque interim, contra Aquisgranensium, & aliarum Thermarum scaturigines calidas debacchantur, & quod tales sint, malè conqueruntur.

Iterum argumentantur ab externo *Balneationis* usu ad internum *Potationis*; sed eadem facilitate rejicitur, quàm ponitur; maxima si quidem est disparitas. 1. In externo usu *Balneationis* multum incalescimus, quia totum corpus calidà actû aquà circumquaque ambitur; in interno *Potationis*, tantum partes aliquæ tanguntur. 2. Quia in externo usu balneationis aqua calidior est, tum *intensive*, quia major aquæ copia, ac propè fontem, suum calorem magis servat intensum; contra minor copia, atque à fonte remota, dum intus assumitur: tum *extensive*, quia major aquæ copia plus caloris in se *extensive* continet, quam minor: jam verò major est aquæ copia, quæ corpus balneo ambit, & circumdat, quam ea, quæ ex Medici præscripto assumitur. 3. In balneo præterea servatur idem ferè actualis caloris gradus, facileque intenditur à novà pro libitu accedente calidà, corpusque continuo laceffitur spiritibus, & calore multiplici; contra in Ventriculo paulatim calor remittitur, aut evaporatur, ut diximus superius, quia non est validum ibi Agens, ut eum in eodem gradu servet, conservetque. 4. In balneo corpus circūquaque ambitur, ut non sit diffilationi locus: contra, cum aqua intus assumitur, ex expiratione & transpiratione superfluous calor diffilatur. 5. In balneo per horam, aut ultra manere consuetum est; quapropter à diuturnâ morâ, major fit caloris impressio; contra, epotata aqua celerius effluit, ac quasi raptim transcurrit, atque excernitur, adeoque non est tantum impressionis tempus, nec impetus. 6. In balneo externa cutis minori cum molestiâ calorem quidem satis intensum perfert, quia obtusioris est sensus, quam v. g. lingua, palatum, fauces &c. adeoque in eâ ipsâ aquâ, quam lingua, palatum, fauces ob caloris intensiorem non ferrent, commodè nihilominus immergimus: Validior autem ille calor, etsi cuti minùs molestus sit, plu-

Disparitas inter externū balneationis, & internū potationis usum, quoad calorem.

rimum tamen interiora, hepar, renes &c. calefacit. 7. In balneo præter aquæ calorem, nos circumquaque ambientem, aërem quoque, & vapores, actu calidos respiratione haurimus, unde exterius, & interius, incessanter incalescimus: contra, dum thermalem potamus, frigidum aërem ore attrahimus; frigidoque aëre ambimur. 8. Sed quid tandem clarius experientia? quis non se magis calefactum, ex parvâ etiam morâ in balneo, quam ex largo aquæ potu, fateatur? si quis contrarium dixerit, fidem non meretur; quandoquidem sint tot homines, qui ex minimâ in balneo morulâ sudent, sitiant, prætermo- dum caleant, atque animo quasi linquntur: quod quidem ex potu aquæ thermalis necdum contigisse compertum est: atque ut contrario exemplo tandem absolvam, longè minus epotata gelidæ amphora in frigidat; quam si per horam in aquâ frigidâ corpus immerleris: quod si quis non credat, experientia scutica dignus est. At etiam supposito (quod hæcenus non probatum) epotatas thermales aquas, calore actuali officere posse: nonne Medici sæpè frigido ventriculo, calida tum actu, tum potestate medicamenta præscribunt? etiam si jecur calidum sit, adhibitis hujus respectu, per intervalla frigidis, cur ergo in thermali aquæ assumptione idem fieri non posset? sane ut frigida potestate medicamenta, ad calidorum noxam retundendam adhibent: sic pariter post thermalis aquæ usum internum, si ab eâ calefactionem nimiam timeamus; quid verat, quo minus actu frigidis superfluum calorem dein depellamus?

Sed unico verbulo tandem totam quæstionem, nodumque hunc Gordium (ut iis videtur) dissolvamus, dum jecori præcalido timent, assumant ergo, thermalem aquam tepidam, vel etiam, si malint (ut fieri potest, & facere intendimus) frigidam: eruntque tum omnia paccata, evanescente illo calore actuali, quem tanquam terribilem hostem formidant: vel agant, ut Leodienses Spadanam modo frigidam, modo calidam, prout fert necessitas, potent; sic thermalem, utcumque velint, ebibant: non itaque in posterum.

Experientia Rustica.

Remediū pro iis qui ob actuali thermalium calore ti-

sterum, ob æqualem saltem calorem, ab illarum potatione abstineant, aut credulum nimis vulgus absterreant.

ment jecori præcalido.

Hanc vel illam, & tertiam Thermopotationem Medici, earundem Moderatores, instituant, dirigantque methodicè, ac commendent alii; utique semper erunt simillarum compositionum, æqualium energiarum, comparium efficaciarum, æquipollentium facultatum, & operationum; ut pote dotatæ & fortæ iisdem Nobilissimis salibus thermalibus, sive hermeticis. Immo si maluerint, in Vere, & Autumno, calidas, Æstate, & in caloribus canicularibus frigidas; quemadmodum acidulas ordinare poterunt, & assumere: Omnes Senatus, Populusque Aquisgranensis dare potest, easque accommodare, & artificio sissimè exornare. Quod facient, ad salutes Proximorum iis utentium. Idem esto consilium de transportatis in lagenis ex duplicato Vitro, benè clausis, munitis &c. quæ multò meliores, quam pocula lapidosa &c. Sciant tamen, quod semper puriores ex ipso fonte bibantur aquæ, & quibus potandæ præscribuntur, meliùs semper sit loca fontium accedere &c.

Aquæ thermales bibi possunt tepidæ, calidæ & frigide.

Jam verò *Potentiales*, ut vocant, Thermarum qualitates perscrutemur: Multi protinus eas magnoperè calefacere clamitant: si rationem quæras; mirantur indignabundi, existere; qui de re, ab omnibus constanter asseveratâ, audeat dubitare: mox aliorum authoritates, rationis loco: adducent, quibus piaculum, fidem derogare: demum, si urgeas, contemptu & risu te excipient, quod sales, sulphur, & eorum spiritus, thermis inesse scias, & tamen tam crassâ sis Minervæ, ut caloris causam non concipias, vel audeas in dubium revocare: his volunt epotatas thermales aquas viscera inflammare, comburere, &c. de quibus modo differemus.

Obganitiones pro thermarum qualitatibus potentialibus.

Principio Neminem arbitror mirari debere, hac in parte me à communiore & vulgari opinione dissentire, cui sit notum, quam vana sint hominum ingenia: nec sanè, ullo modo, me pudet, tot hominibus contradicere, ubi pro veritate id ago, quod apud paucos fieri con-

Non Auctorum numerus, sed eorû ratio attendenda.

luevit: Hinc aduersariorum numerum nil moror; etenim *argumentum pessimi turba est*, inquit Seneca: donec demonstrationibus vincar sufficienter, in Physicis perpetuo dubitare nos docet, Carthesiana methodus; Doctorum autoritatem, ut decet, veneror, & eos, ut idem dicit Seneca, pro Ducibus, non pro Dominis habeo, mancipia sunt, qui in aliorum verba jurant. Ego Petro, & Jacobo, non quod dicant, credo, sed quod probant: errare, ut ego, possunt & alii: si aberrasse eos contigerit, an ideo sequi pererantes debemus? Pecorum mos, est antecedentium gregem sequi, & qua itur, non quâ eundum, pergere.

Opinio
commu-
nis & vul-
garis, de
potentia
li ther-
marum
harum
calore.

Igitur, quod thermales Aquisgranenses thermas, potestate calidas, plerique dixerunt, aut dicunt, non ideo eorum verbis, tanquam Oraculo, standum est: nec quod in uniuersum fortè malè scriptum est *de Thermis*, de hisce absolutè, & necessario credendum est; fuerint illi, & sint docti, perspicaces, quantum voluerint, aut volunt; hoc est, decipi in hoc, ut & nos forsan potuere, & possunt: Illi antequam iudicium proferrent, aquas examinaverunt; examinemus & nos, atque ut rem inuenerimus, discamus iudicare. Sunt adhuc iidem fontes Aquisgrani, & veritas necdum ab iis adèdè est occupata, ut à nobis quoque inueniri nequeat: Libertatem philosophandi, quam aliis integram relinquimus, eam nobis eripi nunquam volumus: Igitur, auctoritatibus missis, ad rationes nos accingamus, nostramque de Aquisgranensibus thermis opinionem liberè aperiamus; non, ut legem cuiquam præfigamus, sed ut Dissentientium aduersus eam audiamus argumenta, atque ex eorum firmitate, aut imbecillitate, sententiæ nostræ falsitas, aut major probabilitas accedat.

Contra
hanc li-
cet phi-
losophari.

Aquæ
therma-
les tem-
peratae
sunt.

Diximus superiùs, thermales Aquas Aquisgranenses non actu, modo etiam dicimus, nec potestate calefacere, quod aduersarii volunt; sed potiùs *temperatissimè temperatas esse*, ne dicamus frigefacere, sic persuasi à singulorum ingredientium examine, quæ si nos fallant, meliora

liora doceant; non sumus tam præfacti ingenii, nec aded nostrarum opinionum amantes, ut iis probabiliores non præferamus.

Adversarii statim iterum nobis adducunt sulphur, sales, spiritus, & reliqua mineralia; quæ, cum calida esse, afferant, calidas quoque necessario thermas esse debere, concludunt. Argumentanturque à pari: Si in jusculo (inquunt) herbarum calidarum copiam, piperis, zimzibetis, & salis manipulum ebullire sinas, perfectò calidum evadet jusculum: sic ergo, ob sulphur, sales, &c. thermalis aqua, &c.

Argumentum adversariorum à pari.

Calore actuali jam saltem excusso, Potentialis contentorum (quem Adversarii summum refugium putant) hic singulariter examinandus est: repetitis ergò illis, quæ de Anatome thermarum nostrarum, in principio hujus capituli trutinata sunt.

Potentialis calor non inest thermis.

1. *Aquam* considerabimus, quæ licet minus pura, est tamen pars elementi omnium frigidissimi, atque humidi, adeoque ad ejus qualitates omnino accedit: non ergò ullo modo potentia calefacere potest, sed è converso maximè refrigerat: hic saltem crediderim Adversarios non reclamaturos.

Ab Aqua

2. *Loco Terreæ miscellam* ex argilla, & sabulo contemplabimur; non quod hæc præpolleant (sunt enim in exiguâ admodum quantitate) sed ut elementum elemento subnectamus; & illa in quibus est minor difficultas citius percurramus, atque ad alia magis disputabilia properemus. *Terreæ* igitur hæc miscella: ut de aqua dictum est licet impura, est tamen similiter pars purioris elementi terræ, deque ejus qualitatibus participat, illud autem frigidum quoque est, adeoque nullum calorem Thermis impartiri potest, cum illum non habeat; sed frigus potentiale, quod possidet, conciliabit.

Terreæ miscellâ;

Liceat nobis 3. loco *Sulphur* examinare, quod Adversarii statim calidissimum clamitabunt; sua magis, quam Scriptorum autoritate: nec enim Galenus, nec Dioscorides, nec Matthiolus calidissimum in 4. ausi sunt dicere; sed

sulphure.

Sed authoritatibus dimissis, ad rem, addunt illi rationem; dicunt calidissima esse, quæ facile ardent: at verò oleum, huirum, camphora (quæ Sapientibus frigidissima esse, censentur) citissime ardent, & hæc in aquis: contra Piper, Euphorbium &c. calidissima non inflammantur, ut sulphur, non ego *inflammabilis* à calore procedit, nec eum testatur.

Spiritus
ejus cali-
dine an
frigidi.

Iustant, *Spiritum sulphuris*, & *salis acerrimos esse*, & corrosivos, adeoque calidissimos: sed sunt etiam, qui frigidissimos putent, eosque propriè ad refrigerandum utuntur maximo cum succo Iulap, in febribus ardentibus, Julapiis permiscendo; non ad laporis gratiam, ut dicent Adversarii; sed quia sedula experientia compertum est, frigida Iulapia, decocta &c. cum ejusmodi vehiculis longè magis refrigerare, quam absque eis, & ardentissimam sitim, quam integræ gelidæ hæminæ compescere vix possent, unico ejusdem scypho, cum aliquot sulphuris aut salis spiritus guttis in momento contingit extinguere; iique corrosionem summi caloris sobolem esse, negabunt. corrodit enim acerum, succus limonum, berberorum &c. quæ omnia frigida æstimantur.

Si Urgeant; dicemus etiam, vel exiguam quantitatem cum aquis hauriri, vel, si abundant, partim exhalare, ut pote subtiliores floribus, vel certè mitigari, retundi, & enecari in effervescentiâ, & pugna subterraneâ à salibus thermalibus temperatis.

Esto, spi-
ritus sint
calidi, nō
tamen
tota sub-
stantia.

Dein, concesso etiam calidissimum esse *spiritum sulphuris*, non sequitur tamen, totam illius substantiam esse talem; est enim hæterogenea, habetque necessario frigidas partes admixtas. Sic enim pyra, poma, hordeum, tenuis cerevisia, aliaque frigida, si distillantur spiritum calidissimum, & inflammabilem dabant; spiritui vini persimilem: nec ideo calidissima censentur. Verùm iterum demus, spiritum sulphuris valdè calidum esse, concedamus pariter flores sulphuris calidos esse, & quidem, vel, ultra si velint, secundum gradum, quid tum? Intus assumpti calefacient? si puri puti, id est soli, intelligant in copia,

Nec ca-
lesciunt.

copiam, nec ab ullo refrigerante retuli, concedamus :
concludant : sic ergo contingit, dum cum aqua ther-
mali assumuntur : nil hac conclusione falsius ; hoc ipsum
probandum est, sulphur nimirum thermis permixtum, po-
testate aquam ipsam quae hauritur superare, at quod pro-
bandum est, supponunt, videnturque aquae, terrae frigidita-
tum retundentium obliiti.

Nostra thermalis aqua, ut sciunt omnes, *mixtum* quid
est ex aqua puriori, terrae miscellae, sulphure, salibus
thermalibus &c. quae diversi sunt temperamentis : ex his
mixtum temperamentum exurgere debet, si ea corpora
inter se non sunt proportionata, si calida superent, cali-
dae potestate erunt thermae : sin vero frigida praecellant,
aliorum calor obtundet, ac sola praevalent frigiditas :
jam ostendant nobis sulphur, aut flores ejus & sales ther-
males, aquam, terrae miscellam, superare, applicent, si
possint illam supra allatam comparationem de herbarum
calidarum, piperis, zinziberis, salisque &c. manipulis
in juscule ; quanta disperitas ?

Hic protinus discursum obturbabunt, clamitantes,
centenas saepe libras florum sulphuris in fonte Caesareano
reperiri (nam in hoc unico reperiuntur) at expectent
parumper, quantum temporis putant opus esse, ut cen-
tenae librae colligantur ? forte plures anni non sufficient :
quanta aquae copia effluere debet ? ad millena, & mil-
lena plaustra, plurima : *sublimatio* ergo illa florum sul-
phuris, non est adeo sensibilis, nec ipsum & horum flo-
rum in aquis commixtio ; ut, decoctio aromatum, &
herbarum calidarum in juscule, sint etiam flores sulphuris
perfecte soluti, ut dispareant, v. g. in *Cornelianis* &c.
fontibus, existantque in pura & clara aqua thermali ; ta-
men usus internus confirmat, & comprobat saluberrimos
esse, nec quidquam obesse potatoribus ; cum nec corpus
calesciant, aut gravent. Diximus insuper subtilissimos
esse, ac summe volatiles, ac per partium, & Venarum
poros expirabiles, immo per pocula, & vasa duplicia
etiam Vitrea, & distillatoria transpirabiles ; Praeterea sul-
phur aereum est, aerea vero remissa tantum, non intense
sunt calida.

M

De-

Therma-
lis aqua
non est
potestate
calida
abingre-
dientibus

Sublima-
tio florum
sulphuris
non est
multum
sensibilis.

Sunt su-
btilissi-
mi.

Sulphur
& flores
ejus, hic
non sunt
saporiferi

Demum ex Scholarum doctrina, si temperamenta ex saporibus, dignosci queant; integrum *sulphur* ordinarium, & *flores* nostri nullum saporem edunt, aut exhibent, adeoque nullum patientur qualitatatum excessum, nec aliis communicabunt: quid ergo propter sulphur calidissimas thermas dicunt? cum nec sulphur ipsum tale sit, ut pleno ore gustanti, & deglutienti patebit.

Calor ho-
rum po-
tentialis
obruitur
ab aqua.

Et spiritus
coadju-
vant frigida-
tatem
aqua.

Ex dictis satis constare, arbitror, sulphuris copiam & potestatem respectu aquae, per exiguam esse, illiusque potentialem calorem, qualemcumque ab aquae summo frigore omnino obrui, & obtundi: tantum enim abest, ut etiam superstites sulphuris spiritus, calidas thermas aquas potestate reddat, atque hepar calore officere possit: quin potius, ut dicimus, efficere, ut ipsa aqua, per se jam maxime frigida, citius, magisque refrigeret: idque nisi proprie & per se, ut illi volunt, qui spiritum sulphuris frigidum statuunt; saltem per accidens, nimirum cum sulphuris spiritus, quemadmodum & salis, sint subtilissimi, maxime penetrantes, cito citius interiora pervadunt, atque adjunctum sibi frigidum liquorem secum ducunt, quo fit, ut hic magis penetret, ac refrigeret.

Sal ther-
male an
calidum?

En jam sulphuris ignes subvertimus, eorumque metuendum calorem rationibus dissipavimus, aut aqua affusa suffocavimus: novos ignes alios suscitare debent, sed tales etiam, qui in aquis ardeant, & urant. Sed cum tanti caloris causam, necdum reperire licuerit; videamus ultimo, num ea in *salibus thermalibus* latitet, quod unicum superest subterfugium: tincturae enim Aëris, cadmiæ, &c. nullam qualitatem calidi, frigidi &c. sensibiliter imprimere possunt. Illa ergo statim calidissima accusabunt, etsi sciant, multa esse his salibus calidiora. Cæterum ab authoribus calidum in secundo gradu, sal marinum definitur, sit tale (quod non] sal thermale: Verum caliditas illa parum suspecta est, quandoquidem illi ipsi, qui salem calidum, scribunt, sibi minus consent; & terreum vocent, à prædominio terræ, terra autem frigida est: præterea inflammabilitati plurimum resistit, unde ligna ponderosa, quæ sale abundant, ægre accenduntur; sic etiam

humorum putredini obstat, quæ cum à calore fiat, à frigore prohibetur: dein, si ita calidum; unde tanta cum aqua amicitia? ab igne cum impetu resilit, eumque extinguit: sal in aquis citissime solvitur; nec igneorum more, aut aëreorum in illis fluitat, sed per minutissimos atomos cum iisdem intimè permiscetur. Ulterius, si cum nive, aut glacie tantumdem salis commisceas, eisque phyalam, aquam plenam circumdes; illa de repente conglaciabitur, qui quidem effectus palam calori adversatur.

Quod volunt desumere à *salsedine* argumentum, futile est: falluntur enim (ut incomparabilis Scaligeri verbis utar) Materiales illi, qui sapes, & omnia, à primis qualitatibus ducunt. Et revera ipsi Scholastici sibi turpiter contradicunt: statuunt omnia amara calidissima, mox sui obliti opium amarissimum, frigidissimum volunt. Diximus supra eam salinam mixturam, quæ ex thermalibus aquis restat, gustui non magnam acrimoniam, sed moderatam *salsedine* cum aliquali aciditate obumbratam junctam, exhibere, quæ caloris non sunt inditia. En quam ruinoso etiam fundamento calefactionem aquarum thermalium astruant: si dubium esse potest, an sal sit calidus? quales erunt conclusiones, quas ex eo ducent? Sint *salsa* calefacientia, quid tum? qui thermaleni potat, an salibus se tantum replet? quantum salium thermalium cuique mensuræ communi thermalis aquæ Aquensis trium librarum Medicarum inesse, existimant? non enim sat est, calidos sales thermales, asseverasse; sed horum *proportio* cum aqua spectanda est. Nam, ut antea monuimus, & nunc inculcamus; si quod calidum in exigua quantitate, cum multà aqua permisceatur, frangetur ab eâ mixturâ calidi facultas, ab aquæ multitudine, & ab ejusdem contrariâ qualitate: si pares sint vires aquæ, & calidi, medium fiet temperamentum, neque calidum, neque frigidum; si verò caliditas potestate aquam superet, tunc hujus frigiditas à prævalente caliditate obtundetur.

Jam verò dicamus, quam proportionem habere, putant, sales istos ad aquæ mensuram librarum

Ob *salsedine*.

Salis thermalis *proportio*, cū aqua spectada.

trium Medicarum ? audentne de manipulis, de libris, de unciis loqui ? non equidem tam temerarios credimus : ad *experientiam* ergo recurrant, quam supra in initio capitis posuimus, ubi, quid mensura una contineret mineralium salitorum thermalium, asseruimus. Dato igitur, quod in unaquaque thermalis aquæ mensura (sepositis aliis salibus, si insint) de quo modo est questio, sint scrupuli quatuor, in uncia grana duo : scire magnopere aueo, num propter tantillam salium thermalium particulam, quæ ad aquæ copiam vix se habet, ut unum ad quadringenta, aqua erit calefactiva ? cum tamen ipsa aqua & quantitate sales thermales superet, & sit intensius frigida, quam sit sal thermalis calidus ; est enim frigidissimum elementum, & frigiditatis principium, cumque secum habeat sulphuris & salium thermalium spiritus permixtos, quibus etiam reddatur magis refrigerans, ut superius ostendimus : Certè neminem tam vesanum putamus, ut calefactionem viscerum ab usu interno audeat pertinaciter asseverare; ille enim merito ab omnibus condituris, immò & esculentis sales iuberet exulare, ac fatuus fatuis cibus dignus esset, qui vesceretur.

Dicit forsitan : etiamsi post distillationem pusilla salium thermalium quantitas supersit, tamen credendum, extitisse majorem : at eos propria lingua, si depravata non sit, præoccupationis redarguet; etenim *primo* aqua ejusdem distillationis est dulcis; *secundo* in fonte aqua non est adeo *salsa*, sed admodum *remissa*, ita ut sine molestia semper sumatur, ac hauriatur, quin, si adhuc quadruplo major esset salis copia, tamen non foret propterea, ut una aquæ mensura calefactiva redderetur, sed ad summum temperata; eoque magis, quod dicta salia thermarum in effervescentia, digestionem, & mixturâ subterraneâ omnes a crimonias exuant, sese retundant, concentrent, mitigent, enecent, & quasi mortificent.

Demum, thermalis aqua, quæ ob tenuitatem (quam coctione naturali; & quasi circulatione in terræ visceribus adipiscitur (tum ob spiritus sulphuris, ipsorumque sa-

lium

à salibus
non est
aqua cale-
factiva.

In fonte
admodum
remissa
salsa.

Unde
hoc.

Hum thermalium admixtionem quæ diuretica sunt; citissime permeat, atque excernitur; nullum caloris sensibilis impressionem hepatis & visceribus efficiendi tempus habet; præsertim cum jam omnes ferme Recentiores Anatomici summopore ambigant, Num liquores affatim assumpti, quive citissime excernuntur, chyli iter sequantur? & An chylus ipse à ventriculo ad hepar deferatur, post inventos à Clariss. Pecqueto thoracicos ductus: Negant postremum Recentiores; atque ad unum omnes sunt contrariæ sententiæ Fautores; ad vivam canum sectionem provocant: si ergo non patet à ventriculo ad hepar alimentis accessus, (ut in vivis canibus manifestum est) certè nec aquis thermalibus medicatis, adeoque nec illud attingent, nec calefacient.

Cito permeat & excernitur.

Sed demus pertinacioribus hoc postremum, chylum ad hepar deferri; attamen haustis magna copia potulentis, idem contingere inficiantur Neoterici; si quidem verissimam circulationem positam, videtur omnino impossibilis, eos liquores, qui tam cito ab assumptione elaborantur, intricatissimas, longissimasque venarum, artiarumque ambages, ac plusquam Dædaleos labyrinthos, intra tam breve tempus permeare, atque à sanguine secerari posse, idque sine coloris mutatione: quapropter aliam breviorẽ à Ventriculo viam, vel ad renes, vel ad vesicam esse debere, concludunt; quam ostendere sperarunt Anatomici famosi. Itaque sive ea à ventriculo ad renes tendat, sive per membranarum poros fiat, sive à vasis mesaraicis pareant canaliculi ad vesicam, sive potius ab aliqua parte intestinorum ad eam sit talis via, nobis adhuc ignota; & si res in suspensio maneat, attamen certò subsistere talem aliquam viam, observatæ emittiones molestissimæ globulorum plumbeorum, cum leporum aut passerulorum carnibus comestorum, per urinas satis arguunt: quod primum à Nobis Spadæ in praxi visum est; & secundum à Clariss. D. Bornichio Aphniæ ex epistolis: impossibile alioquin, tales globulos plumbeos, per venas, arteriasve qualescumque penetrasse: hac au-

Non penetrat ad hepar.

tem posita via, jam hepar à tanto periculo calefactionis liberavimus, atque Adversariorum propositionem certò diruimus.

Agant igitur, caloris hepatis, & viscerum, quem tanto pere crepant, causam nobis ostendant: audebuntne ad huc sulphur, salesque thermales, calumniari? ergo vel in majori copia extare demonstrent, vel alias caloris causas statuunt; vel cessent tandem credulum vulgus, ob imaginarios hepatis calores, ab his potationibus thermalibus tam salutaribus, absterrere.

Experientia Adversariorum.

Thermarum calefactiones adducta dissolantur.

Sed non cessant, Experimentias adducere conantur, quibus se nos profligaturos, arbitrantur: Clamitant enim sedulò animadvertisse, ex thermarum aquarum potu, plerosque plus nimium calefactos, sudoribus persufos, &c. at salvà eorum pace, cur sua valere pluris experimenta volunt, quam aliorum innumera, & quotidiana, qui contrarium testantur? aut cur, inverso rerum ordine, sibi potius adhibere fidem contendunt, qui adversus hunc potum perpetuò, acriterque reclamant, vixque eo uti volunt; quam iis, qui proprio usu, & periculo in dies potantur? certè ratio postulat, ut iis qui diu navigarunt, de navigatione credamus; non iis qui semel littus cum execratione viderunt: & de his *Thermopotationibus* iis, qui eisdem sepius uruntur; non iis, qui ex falsà præoccupatione ab iis semper abhorruerunt. At sint illi oculatissimi, etiam diligentes, Expertissimi &c. hoc certè non obstat, quo minus experimentis experimenta opponamus. Vbi tandem sunt illi, qui se nimium calefactos, conquesti sunt? quis in febrem? quis in calidam jecoris intemperiem, ab eo potu incidit? jam mille & milleni Magnates, & alij biberunt, prodeant ipsi: aut eorum nomina, at tunc credere forsitan incipiemus; An ex fervore mortui sunt omnes, ita ut nullus super sit, qui sua testetur incendia? jam cogitate, quam suspèta sunt Antithermopotatorum experimenta.

afferuntur contraria experimenta

Contra, qui hunc potu præscribunt Medici, etià antehac Antagonistæ, calefactionem se exinde animadvertisse constanter negant, eorum, qui usi sunt, atque inter eos Medici-

dicinæ periti, de calefactione nullus conquestus est. Nemo omnium horum eâ eo potu huc usque incaluit, nec in febrem, aut inflammationem ullus incidit, nec appetitum amisit, aut sitivit: immo consuetam naturalem sitim omnibus immutatam esse, observatur, ita ut minus bibatur, dum iis in potum utuntur, quam alio solent tempore; etiamsi aquæ illæ probè transeant. Igitur adversariæ sententiæ fautores omnes provocamus, ut satisfaciant, si possint; cur nimirum hæ aquæ, sistant opere ut adstruunt, calefaciant sitim nemini excitent? sed potius extinguant? certè calida omnia aromata, vina generosa, & salita sitim strenvè excitant, nec ullum calidum alimentum, medicamentumve est, quod id magis, minutte non faciat; tantum abest ut sitim compescat aut extinguat; pro ut thermales aquæ faciunt. Hinc Balneantes plerique optimo usu, & consilio easdem ad aliquot vitra præsumunt, aut consumunt, aut post sumunt, Julapii refrigerantis loco, & contra sitim in Balneatione ordinariam sese muniunt.

Dum verò affatim calidiores actu bibuntur thermæ, sudari quandoque nil mirum: calor ille actualis superfluous, & connaturali major totum corpus diffundit, cumque adventitius sit, nil vitii, aut caloris relinquit, immò potius calorem naturalem excitat, & recreat.

Sudor
thermo-
potato-
rum.

Sed ne, nos omnia pro thermalibus aquis innovare, obstrepant, relinquamus allata, & supponamus assignata à tot Thermographis earumdem ingredientia inesse v. g. sulphur, sal fossile, marinum, nitrum, vitriolum, Alumen &c. de sulphure actum supra investigemus, An saltem alia salia calefactionem inducere possint? sit aliquid nitri, aluminis, salis gemma, fossilis, immo & vitrioli &c. illa nullam qualitatem sensibilem calidi, frigidi, &c. imprimere possunt, ut de sale marino utcumque dictum est: de Nitro quod præcipuum intersalina fortè erit, aliquid dicamus: Adversarij, ut præconceptam thermarum calefactionem adstruant, calidum dicent: at sua propria, non Classicorum Scriptorum, autoritate.

Antiqua
ingredi.
Etia aqua
rum thermo-
malium.

ut nimirum absque ratione, & contra experientiam: & si liberet autoritatibus certare, facile mihi esset, gravissimorum virorum de nitri frigiditate testimonia congerere, sed rationibus, non verbis opus est.

Autores
pro nitri
caliditate

Calidum *nitrum* qui absolute scripserit nondum legi Dioscorides Matthiolus nihil certi statuunt, Sennertus calidos nitro spiritus attribuit; quem admodum cætera habent mixta: at frigida pars prævalet, ab eoque tanquam priori mixti temperamentum desumi debet; & rationes vero frigidum esse nitrum, abunde suadent, negantque, calidum esse, posse.

Nitrum
quid sit?
probatum
esse frigidum.

1. *Naturale nitrum* (non loquor nunc de nitro illo, seu sale petrae, qui ex animalium urinis arte educitur) est quasi sudor petrae, aut efflorescentia terræ; quem admodum ferro rubigo, cerusa plumbo, sic plane nitrum rupibus: jam vero, quod terræ aut petrae soboles, atque efflorescentia est; de ejus participare qualitatibus, summe est rationabile; terra autem frigida est, ut petra &c.

2. Animalia, quæ ex nitrosis aquis potant, pinguescunt, iis campi, & prata lætantur: quod certe est signum frigiditatis in nitro, calor enim ea potius exsiccaret.

3. An non quidam fontes minerales eorundem potarores admodum frigescent: qualis nimirum est) ut innumeros alios reticeam (Spadanus Tonneletius: nonne à nitro? negabunt forsitan; at negent, quantum velint, nil aliud edocti, quam negare. Nos vero doctissimo H. ab Heer credimus magis; qui, ibi rationibus & autoritatibus nitri frigiditatem comprobavit, sic pergit Spadactene cap. 3. *Esane Tonneletius fons Spada aliis nitrosior, tantum ori, ventriculoque frigus communicat, quantum pauci ferre possunt. & cap. 5. de eodem sale nitro cæteris tinctior hic multis &c.* quo fit ut gustu frigidissimum sit.

salis &
nitri con-
trarij ef-
fectus.

4. Quæro, cur Sal dentium stuporem adimat, *nitrum* contra non modo non curet, sed potius inducat: certè effectuum contrarietas causarum contrarietatem arguit: Aristotelis, qui hoc problema sect. 7 proponit, hæc mens est; saltem stuporem dentium tollere, quia calore,

& siccitate acidum humorem dentibus inhaerentem (cujus acore & frigore dentes stupent) exsiccat, absumit ac resolvit; contra *Nitrum*, quia maximè terrestre, ob suam acerbiteriam & astringentiam impactum jam dentibus acidum humorem non resolvit, sed infigit, magis augetque; immò, si nec ullus sit talis humor, soluta nitrum suo acore dentes stupefacit: nec secus ac fructus acerbi, aut acidi, qui frigidi cum sint, nitrum quoque erit.

5. *Nitrum*, etiam *sal petra* nostrum, proprie non sit huc tamen proximè accedit: differunt à se invicem, ut *sal fossile gemmæ*, à *sale*, ut vocant, *factitio*, non quod revera fiat, sed quod è marina, vel alia salsa, aqua, arte educatur, & separetur. Sic verum nitrum naturaliter, ut sponte, è rupibus concrefcit; *sal petra* ex terris, aquis, aut excrementis nitrosis, eodem modo, quo *sal* è marina aqua separatur nimirum ab arte: sed à Natura utrumque fit, licet factum ab arte ab aliis corporibus separetur. Igitur sicuti *fossilis* à *factitio sale*, qualitibus non sensibilibiter differt, ita *sal petra* omninò ad nitrum accedit: *Sal* verò *petra* frigidissimum esse *Experientia* manifesta evincit: etenim non modò manibus contrectatum frigidum deprehenditur, sed gustatum linguam ac palatum frigore ferit, ejusque pars minima vinio mixta, ita algidum ipsum reddit, ut dentes stupeant. Unde ritè frigidum aroma, solumque qui calidis opponi queat, à *Verulamio* statuitur.

6. Admirabilis illa in accenso pulvere pyrio *Ventositas* & quasi ex sufflatio, non aliunde procedere potest, quam ex nitri frigore; cum igne ex diametro concertante.

7. Morbosam sitim, reliquis frigidis ferè in expugnabilem, in momento compescit, sive purum ipsum, sive à sordibus repurgatum; quod *Sal Prunella* Chymistæ vocant: hoc autem denotat summam frigiditatem, non verò calorem, quia calida sitim accendunt, & intendunt.

8. Incausonibus, & inflammationibus ardorem potentissimè extinguit; quod certè summo præstat frigore, nam calor illum magis intenderet: unde, tanquam frigidissimum à Neotericis ferè omnibus Practicis, in summo

Nitri cū
sale petra
affinitas.

Pulveris
Pyrii ven-
tositas
unde?

Sal prunellæ sitis restrictivum.

& ardoris febrium æstu, inflammationibus, linguæ scabritie, calidâ jecoris intemperie; julapiis, ipsique consueto potui immiscetur, atque ii quoque, qui calidum effatiunt, itidem idem usupant.

Sal petra refrigerat. 9. *Sal petra*, nivi permixtum, ac phialæ, aquæ plenæ, circumpositum, eam aquam citissime refrigerat, ac congeliat; quod sola non facit nix, ut crebrâ experientiâ compertum est. Immo in regionibus Africæ, ubi non ningit unquam, nec gelat; in vino refrigerando Afri solo sæpè nitro nivis aut glaciei defectum suppleant.

Frigidissimum esse sapor probat. 10. Tandem si quæ *saporibus* in discernendis temperamentis fides est, ut Scholæ communiter volunt, certe suo sapore nitrum frigidissimum esse facilè colligitur; habet enim saporem ex acido-austero-acerbo mixtum, qui tres sapores frigiditatem, ex scholarum præcepto annunciant.

Hinc ergò satis constat nitrum frigidum esse, non calidum: Ideoque huc usque in thermalibus aquis his caloris nihil, frigoris multum invenimus.

Reperitur hic mineralium contentorū quædam fermè æquipollentia. Hactenus dicta pro caloribus sufficiant: quæ, si æquæ Æstimatores una conferant, animadvertent *Mineralium contentorum* in hisce thermalibus aquis, frigidorum, ac calidorum quandam fermè *æquipollentiam*: unde potius temperatura temperata potestate exurgeret, quam verenda temperatura calida; frigida enim sunt aquæ, frigidum nitrum thermale (si insit) frigida terrea miscella, sales thermales sine excessu calidi: sulphur neutrum, salium thermalium Præcursor subtiles, ad abstrusa morborum & causarum Morbificarum manu ductor, eorumdemque facultatum Promotor, pulmonum anima, ac nervorum balsamis. Hinc ad alia argumenta.

C A P U T X I.

Cæterarum Objectionum Solutiones.

Modi quibus aquæ mi- *AD 2.* Adversariorum rationem dicimus, quod supra cap. 3. nempe, Aquas minerales, ac thermas duobus quasi

quasi modis poullinum imprægnari, scilicet *invisibiliter* vaporibus, spiritibus, tincturis ac essentiis, corporeis tamen, quæ sunt, velut mineralium, ac matricum mineraliticarum, & metallicarum animæ: hæ non sunt calori nostro radicali improporionatæ, aut dissimiles: sed potius balsamicæ ac assymbolicæ: quapropter convenientia relativa, eidem potius uniuntur, ipsumque vivificant, restaurant, ac ad profligandos morbos corroborant. Cæteræ mineralium substantiæ, quas, thermales aquæ *visibiliter, & corporaliter* gestant, quasque enumeravimus supra, nocu-
 menti Potatoribus nil adferunt, ut jam probavimus; immò potius magna activitate præditæ sunt, ad attenuandum, detergendum, dissolvendum atque evacuandum infractus fœculentos omnes corporis nostri: immò, si quid acrimoniæ prius habuerint, hoc ipsum effervescentiâ, & digestione subterraneâ edomitum, mitigatum, mortificatumque est. Quod si sint alia *crassamenta* quæ vinci nequeant, v. g. argilla, sabulum &c. illa segregantur per aluum ac per urinæ ductus, sicuti aliæ fæces excernuntur: effœta quoque illa sunt, & in minima quantitate, unde corporibus nunquam obesse possunt.

nerales
 impræ-
 gnantur.

Minera-
 lium sub-
 stantiæ
 thermale
 activitate
 præditæ
 sunt.

eorum
 crassa-
 menta.

Innoxias verò esse, & corrosivas non esse, tamen si minerales testimonium perhibent harum omnium usus *Acidularum* v. g. Spadanarum, Svalbacensium, Egrensi-
 um, Antonianarum, & aliarum; sicuti & Thermarum *Borbo-
 nensium, Embsensium, Weisbadensium, Carolinarum* & aliarum plurimarum, in diversis regionibus: quæ omnes, etsi mineralibus gaudeant, passim tamen magno Agorum emolumento, ac solatio usurpantur innoxie. Deinde, hæc quoque improbarent veterum Medicorum, ac etiam Neotericorum pro usu interno medicamenta quam plurima, ex metallis, & mineralibus composita, & apud Auctores commendata; immò & Chymicorum elaboratoria moderna plenissima & refertissima præparationibus eorum optimis, & ad infinita mala aptissimis, & saluberrimis: quales sunt sulphuris flores, ejus spiritus, balsamum, lac, tartarum, vitriolatum, sal Martis, Mercurius dulcis, & alia quam plurima.

Minera-
 lium sub-
 stantiæ
 thermale
 innoxie
 sunt.

Aquæ
therma-
les cura-
gant in
metalla
non in
corpus
humanū

Instant, & allegant, thermales aquas *Æs*, Ferrum minuere, rodere &c. Voluntque, quid simile accidere ventriculo, intestinis & visceribus &c. *Æ*. Si quid in *ære* aut ferro notatur; dicimus, thermales aquas turgere, & vigere salibus, & spiritibus mineraliticis thermalibus, qui naturali instinctu, & propensione analitica, ad principia salina metallica, quibus se applicant, quæ penetrant, seseque illis insinuunt, ac ex ipsis evocant sales consimiles, vel insensibiliter, per resolutiones, indeque verè aliquid corrosivi simile relinquere: partium verò aut viscerum corporis nostri longè est alia ratio; illæ enim non habent modum illum substantiæ analogum, & assymbolicum spiritibus, aut salibus thermalibus ut metalla, uti nec ligna &c. hinc aquæ minerales, seu thermales in has, nec in ligna agunt, licet metalla visitent: sic aqua fortis (quæ ex mineralibus fit) ferrum, *æs*, &c. dissolvit, ceram vero non tangit; sic succus acrior, vel acidior existens in corpore, partes corporis tantum lancinat, aut illis tantum molestus est, in pelvi *ænea* rejectus, ipsam corrodit, ibidemque fortissime effervescit &c. quid demum ab aqua thermalis pro partibus corporis timendum? cum folia rosarum acetosæ recentia & tenella, ipsæ calidæ in alveos injecta non marcescant. *Convenientiam* autem, ac propensionem mineralium spirituum ac salium thermalium, ad metallorum principia, optimè declarat Glaser tractatu Chim, l. 2. cap. 1. hoc experimento. Si aqua forti, ex nitro & vitriolo parata, dissolvatur aurum, & argentum, dissolutio injicitur aquæ communi, Aqua fortis retinebit argentum, auro sese separante in modum pulveris nigri, quod particulariter fundere poteris; si huic aquæ immerferis laminam *æris*, statim spiritus aquæ fortis per medias aquas ad laminam *æris* accurrent, eumque dissolvent; relicto argento, quod præcipitatur: si verò ulterius laminam ferri immerferis idem contingit, deserto *ære*, ferrum petunt, & *æs* præcipitatur: similiter si dissolutioni ferri addideris lapidem calaminarem: sin aliter idem, si liquori nitrum fixum paulatim in ultima dissolutione lapidis calaminaris instil-

Conve-
nientia
minerali-
um spiri-
tuum ac
salium
therma-
lium ad
metallo-
rum prin-
cipia de-
claratur
experi-
mento.

lave-

laveris, præcipitabitur & hic; destruetque acidum aquæ fortis dissolutivum, reunienturque spiritus illi acidi cum sale fixo: ex qua reunione per exsiccationem optimum nitrum fit, & recuperatur: partes autem corporis nostri, aut viscera non sunt æs, non ferrum, aut metalla, neque sales tales assymbolicos possident &c.

Superest fateri, esse aliquas aquas malignis, aut venenatis mineralibus tinctas, & quæ vitæ ad ferant interitum; quæ inebrient; quæ dentes elidant; quæ Homines in furorem agant; quæ stupiditatem mentis incutiant; quæ sterilitatem inducant, quæ procurent abortus, &c. exempla sunt apud Plinium l. 2. c. 103. & l. 3. cap. 20. Apud Vitru. l. 8. cap. 3. 4. & 5. Apud Majol. in dieb. caucularib. coll. 13. apud Langium l. 1. epist. Med. 43. &c. sed ad illas non ablegantur Infirmi, & eas bibit Nemo. Inde malè inferitur, minerales omnes, aut thermales, esse venenosas, aut detrimentosas; efficacia illa est quarumdam, non omnium; juxta enim suam quæ libet mineram communicatam, & tincturas imbibitas effectus edunt, malæ pessimos, bonæ optimos, ut hæ thermales minerales Aquisgranenses &c.

Insultant ulterius, Mineralia in aquis contenta, *sales, sulphur, argillam, sabulum &c.* intra corpus quotidie retineri, ac conservari, parietibus venarum adhærere, obstructions facere, demum temporis progressu deploratos parere morbos: quibus si quempiam post sex menses corripere contingat, etsi aliæ horum morborum præsto sint causæ, illico fermentum thermarum accusant, & aquas, & Medicos, earum Moderatores, & illos, qui eas præscripserunt, calumniis & maledicentiis proscindunt.

Dicimus, figmento illo nihil absurdius: etenim videmus, Naturam alimentum quotidie sibi familiare retinere, ac sales conditurarum cum eo intimè permixtos secernere, cumque urinis excludere: quanto magis ergo illa crassa rectementa tantummodo confusè mixta argillæ, sabulo &c. atque sales medicatis aquis permixtos, expellet? cum aquam ipsam, utpote sibi ingratham excernat.

Dantur aquæ malignæ aut venenatis mineralibus tinctæ.

Crassa mineralium rectementa.

Per quæ expellatur.

Unde a-
quæ ther-
males di-
curetica.

Neque sales illi superitites esse possunt : ab illis enim aquæ thermales dieureticae sunt, non enim ex se sola dieuretica est aqua, à salibus verò acuitur, subtilizatur, iisque mediantibus penetrat, atque omninò dieuretica evadit; quid, quæso, magis ridiculum? atque à ratione alienum, quam dicere, Aquam thermalem, ob sales thermales penetrare, ac excerni, atque eam retinere; quæ ipsam vehunt, eique viam aperiunt, eoque magis, quod sales ab a- quis difficillimè separari queant, tam intimè cum eà solvuntur, uniuntur & miscentur.

Flores
sulphuris
aquarum
therma-
liū bibi-
tarum
quomo-
do expel-
lantur.

Nec etiam salinorum mineralium Antecessores, ac Præcursores flores sulphuris subtilissimi, retinentur: quia maximè penetrabiles; cito citius inferiora corporis pervadunt, ac per ipsos partium ac venarum poros expirant, & *transpiratione* in auras evanescent: eoque magis, quod à calore nostro agitati ad fugam sollicitentur.

Summè
subtiles.

Summam hanc *florum subtilitatem* & volatilitatem ostendit thermalis aquæ distillatio. Quantumvis doctissimus ab Heer Spadacrene cap. 6. putet, se cum Clarissimis Sociis, eos observasse, scilicet, ut dicit, per ramenta distillationis, injecta laminis ferreis candentibus, dum fluerent, ut sales faciant; quæ tamen illa ne unicum granum sulphuris, aut florum ejusdem, prius inexistentium, retinent: sed per poros, vel foramen alembici exhalant omnes, & se concludi nunquam patiuntur, & etiam, si aquam thermalem vitreis vasis, quantumque solidis, vel duplicatis indas, exactissimè obtures, nihilominus sulphureus odor, fermè sapor, & flores paulatim evanescent ac insensibiliter evolant utpote de naturà igneà: quidni in corpore nostro multo porosiore?

Demum quæro, an flores chymici sulphuris, limatura chalybis, crocus, aut vitriolum Martis, tartarum vitriolatum, cremor tartari, aliaque medicamenta similia, quæ ab Adversariis ipsis, ad multos dies præscribi solent, retineantur etiam intra corpus? si detineantur, itidem analè agunt illi Medici, qui ea præscribunt; si non deti-
nean-

neantur, ut experientia docent, quid ergo de salibus, floribus sulphureis, thermalibus mineralibus effutiant?

Ad 3. Et si, aquas thermales exsiccare concederemus, quia plura mineralia desiccativa continent, quam calida: attamen *exsiccatio illa*, non tanta est, ut humidum radicale primogeniū, balsamicū absumat, ac absorbeat; sed tantū humiditatem excrementitiā depalceret, quæ morbos producere, vitæque insidiari posset; sic potius vitam cōservabit, ac prolongabit: *quod siccum est, sanum dicit Hipp. l. de ulcera.* Deinde potus thermalis non est quotidianus, nec nutritivus, sed medicatus solum, & certo temporis spatio usurpabilis, donec scilicet morbi profligati sint: denique spiritus, sales, extracta, confectioes aromaticæ, vina generosa, &c. immò vacuantia, hydrotica, diuretica, electuaria, pillulæ, vomitoria &c. essent magis suspecta, ac vitæ potius abrumperent stamina, ob exsiccationem validiorem, quâ pollent: demum *secitas thermalium aquarum*, aquæ copia, & qualitatibus retusâ, multo est his supra nominatis securior, & convenientior; sic nullo modo interitum adferet, nec vitam minuet.

Exsiccatio aquarum thermalium.

Ad 4. qui in potu utuntur thermis sciunt, eas non esse *Medicinam universalem* licet plurimis, ut postea dicitur: malis congruant: nullum enim est, in medicinâ universale remedium, quidquid Fumi-venduligarriant; quia cum morborum multi sint sibi invicem contrarii & planè oppositi, quod uni morbo ex se prodest remedium, opposito huic morbo, ex contrariorum lege, per se quoque necessario adversabitur: thermæ verò ejusdem cum reliquis medicamentis sunt generis, & qui eas dirigunt Medici, Christiani sunt, qui nec temerè, nec fortuito potationi homines submitunt: adeoque eas *Pannicæ Græcorum*, aut *Piscinam Iudaorum* nunquam volunt; neque omne auxilium in hisce aquis solum ponunt: frustra alioquin essent condita, pharmaca alia; maleque ageretur cum iis Regionibus, quibus hæ aquæ thermales negatæ sunt: attamen cum plane in naturâ & compositione sint admirabiles admirandosque sæpè effectus, contra morbos

non sunt Medicinæ universales.

morbos, etiam desperatos, usu tum externo, tum interno evidentes juvant; eas. Adversarii permittere, & usurpare deberent, præmissis præmittendis &c.

non ideo
eliminā-
da, quia
non om-
nibus
profuit.

Ad 5. Non hinc sequitur, Thermales Aquas esse dam-
nosas: alias enim omnia medicamenta essent è medio tol-
lenda: quia nullum, quantumvis bonum, omnibus ho-
minibus, ac affectibus conducit, locum tamen in albo me-
dicamentorum retinet: cur etiam non thermales aquæ?
præsertim si à sagaci, & perito Medico regantur, qui om-
nibus prospiciet, ac etiam ætatibus, complexionibus &c.
eas accommodare sciet; ut data occasione potationes &c.
ex iis bene succedant.

non sub-
jacent in
juriis aut
tēpēsta-
tibus cæ-
li, æsolis

Ad 6. Subeunt quidem minerales acidulæ aliquæ, v.g.
Spadenses, injurias temporum, ac tempestatum, neque
eisdem bonitatis gradus servant: modo juvare, modo
nocere possunt: sed ejus conditionis non sunt thermales
Aquisgranenses; hæc semper eodem tenore & fervore fluunt,
sit æstas, sit hyems, pluat, ningat, quantumcumque vo-
luerit, nullas mutationes subeunt: latitant utique sub ru-
pibus ac in imis terræ visceribus, ubi nulla tempestas, aut
mutabilitas locum habet deinde acidulas possunt bibere,
cum utiles sunt, cum depravatæ, intermittere, vel expe-
ctare donec meliorentur: quidni idem possent de therna-
libus, si mutabiles essent?

differe-
tia inter
tepidita-
tem ther-
marum,
& aliarū
aquarum.

Ad 7. Longe est alia ratio *Tepiditatis* thermarum,
quam aliarum aquarum; tepiditas aquæ communis face-
re posset, acidularum spirituales tincturæ principales,
& spiritus omnes volatiles tepiditate evanescent, unde va-
pescunt, thermalium verò non item; harum spiritus, tin-
cturæ, & mineralia in terræ cavernis, & ductibus sub-
terraneis reverberantur, concentrantur, quasi rursus iis-
dem aquis reimprægnantur, & exaltantur; unde calor ea-
rum semper est beneficis, & cum mineralibus activus, &
corroborativus, hinc vomitum nunquam concitant, nisi
affatim, & nimium bibantur.

Ad 8. Quos thermæ curant affectus, etiam aliis medi-
camentis curari posse, non dubitamus: Verum inde therna-
males

males aquarum & Medicinalium præsidiorum numero eliminandæ non sunt, neque adeo contemnendæ: quia à Deo creata est omnis Medicina, quam Vir prudens non abhorrebit eam: inter quas aquarum thermales non minimum cum obtinent: Eas Cassiodorus l. ii. epist. 6. *Arcana Dei miraculis plenas & salutaribus qualitatibus pretiosas, asseverat & Langius sacro-sancta Dei Dona* censet &c.

Medinales sunt

Ad 9. Dicimus cognitionem naturæ thermalium (propter varia miranda] difficilem quidem esse, at non impossibilem: partim enim ab effectibus, & à posteriori, longo usu, & experientia dereguntur; partim à priori, & ope principiorum & operationum Chymicæ, quibus melius patent contenta, & ingredientia agnoscuntur: quod ex parte demonstravimus.

Cognitione carum Naturæ, Unde?

Ad 10. Experientias veras (quarum aliquarum habentur cap. 14. §. 2.) experientiis dubiis, ac fictis opponimus, asseveramusque millenis, ac millenis & amplius, felicissimo cum successu ordinatas fuisse harum thermalium Potationes, qui ferè omnes se à morbis sublevarunt, vel liberarunt: & si quid mali contigerit (quod ignoramus) non thermalium causa fuit, sed culpam Medici audacioris, & imperitioris, malè easdem Ægrotis consulentis; vel maximè audaciæ, & temeritate ipsiusmet Infirmi. temerè fontibus & thermis utentis; vel ejusdem intemperantiæ, & inobedientiæ, neque rectam methodum, neque dietam servantis; quod certè plusquam sæpè accidit.

Unde easum potatio noxia.

Ad 11. Et ultimum, dicimus; idem modo accidere thermalibus aquis Aquisgranensibus, quod olim & alias accidit acidulis; quas etiam, ob novitatem remedii frustra conati sunt eliminare, sed modò triumphant; triumphabuntque thermales Aquisgranenses, habebunturque quasi remedium omnium extremæ ac supremæ, nutante Supremo.

Impugnantur ob novitatem

Ab aliquot annis proprias acidulas calefactas subdiderunt, (saltem Spadæ) Balneationibus, Nostras thermales æmulari volentes, affectato calore, & effectu; sed irritis vanisque laboribus, & sumptibus has imitari conantur;

Adversarij frustra æmulantur Balneationes cum Acidulis.

O

quippe

quippè magnà disparitate Balneationes illas suas instituunt videlicet per deperditiones tincturarum & spirituum volatilium suorum mineralium &c. Nos contra *Thermopotationes* nostras, mineralibus mirabilibus plenas, ac spiritibus fecundatas suscipimus, utique cyatus unicus aquæ thermalis spirituum, tincturarum, ac benignorum potentissimorum mineralium plus continet, quam acidularum lagenæ, minusne Nobis earum potationes imitari licebit? ideoque magis, quod nobis alibi notissimæ sint & frequentissimæ, ac saluberrimæ thermalium potationes in Italia, in Francia Germania, &c. cur denique similiter his (forfitan perfectioribus) uti non licebit?

Thermopotatio nostra probatur ab ingredientibus spiritibus & mineralibus propriis.

Antecessores Medici thermalium hic internum usum neglexerint, aut rarissime præscripserint: fuerint illi timidi, & in *thermopotatione* pigri: pudeat ipsos tam abjecti fuisse animi, simul sublimioris, & cum Tacito credamus esto, non ra. *Non omnia apud priores meliora: nostra quoque Aetas multa laudis & artium imitanda Posteris tulit.* manserint contenti usu frigidarum Acidularum; ac non propterea thermales Aquigranenses vituperandæ & abiiciendæ, qui aliter sentiunt, inertiam suam patefaciunt, & laudabilibus hominum conatibus quam maximam injiciunt remoram. *Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt,* ait Doctiss. Scaliger l. 1. de plantis. Mirari antiqua debemus, sed non idcirco nostrorum temporum nova despiciere: quot Medicamenta præstantissima Priscis ignota Posterioribus debentur? & quæ non, laus eorum inventionem? rectè Poëta

Multa dies, variisque labor mutabilis avi.

Retulit in melius. Non omnia grandior aetas,

Nos, quæ scimus, habet seris venit usus ab annis.

Addam ego, & sic Adversariū thermopotationis alloquar:

Desine qua propter, novitate exterritus ipsâ

Expuere ex animo rationem, sed magis acris

Judicio perpende, & si tibi vera videntur,

Dede manus: si non! doces meliora, sequemur.

Restat

Restat aquarum harum thermalium Aquilgranensium Potationis, grandis cavillatio. & quasi atrocissimæ injuriæ debellatio, quæ afferunt Adversarij, nos eâ uti, tanquam Medicamento ad omnes morbos; sicut Vulgus utitur quandoque vno ephypio ad omnes equos Pax ipsi, de his agemus, & illis obviabimus sufficienter ratiomabiliter, & specificativè capite sequenti. Sit ergo

C A P U T XII.

Quibus Morbis congruas Thermalium Potatio?

NUllus dubitabit, proprietates Acidularum, ac thermalium suboriri à Virtutibus mineralium, & metallorum, quibus earum substantiæ, benifica Naturæ manu dotata, & imprægnata sunt: & sicut, à priori, per ipsasmet imbibitas substantias minerales ac spirituales tincturas in *balneationibus* proprios, & admirandos effectus edunt, quos recensuimus; sic per easdem in *potationibus* exerunt.

Origo proprietatum Acidularum, & thermalium.

Qualiscumque ergò fuerit contentorum, & ingredientium natura, & compositio, talis quoque erit & facultatum ratio: immò quia novam quamdam essentiam, quasi superadditam, ipsa effervescentia, & mixtione dissimilium mineralium, seu contentorum heterogeneorum acquirunt nêpe superadditum alkalifatam volatile temperatissimum & speciale tertium, ut diximus, de emplastro sarcotico Do&is. à Clivolo seu *compositionem homogeneam*, qualem scilicet non habebant singula contenta seorsim sumpta: hinc etiam sortiuntur aquæ hæ, facultates, & Virtutes specialissimas naturales, omnibus Elementorum, & Ingredientium vicibus, omnibus, sensuum conjecturis superiores, quæ non nisi in mirificis effectibus sese produnt. Hinc Galenus thermas naturales *Rem sacram* exclamat, & quia hæ erant contra Dogmaticam, quam tradebat, Medicinam, pauca etiam de iis tradidit: dixit, tamen, experientiis plus de iis credendum, quam rationibus.

Galenii judicium de thermis.

Diximus supra, cap. 2. Quomodo mineralia acquirere-
rent: cap. 10. quoque, quæ, & qualia thermas has consti-
tuerent, atque pro Potu occasionaliter, & abundè tem-
peratas vires primarum qualitatum calefaciendi, refrige-
randi, possidere probavimus; quarum videlicet neutram
qualitatem in corpus sensibilibiter imprimerent nec à calore
animali percipi possent: jam vero ulterius dicimus, vir-
tutibus siccandi magis, quam humectandi, corroboran-
di, abstergendi, incidendi, resolvendi, aperiendi, uri-
nas movendi, maximè pollere: facultatesque alium sol-
vendi, magis, quam aquas *Spadanæ*, obtinere; non quia-
dem simili cum iis facultate fermentativa, & quasi cor-
ruptiva nigricandi excrementa; sed simpliciter, sine
mutatione naturaliter eadem educendi.

Particularius vero, ac summam, Potatæ aquæ ther-
males 1. calidas Jecoris, Lienis, Renum, & Viscerum in-
temperies (ut probatum est) emendant: 2. Obstructio-
nes Mesenterii, Pancreatis, Hepatis, Lienis, & Renum
aperiunt: indeque manantes 3. Hicteritias, Cachexias, hy-
dropises &c. Febresque 4. præsertim inveteratas & con-
tumaces intermittentes, recentesque Tertianas, &
Quartanas, tollunt: 5. Fluores albos, & viscidos Mulie-
rum corrigunt: imò 6. quod vix credetur (quascumque
Hæmorrhagias, Narium, Hæmorrhoidum, Menstruorum
sistunt: 7. Lumbricorum omne genus necant, & detur-
bant: 8. Conceptus juvant, partusque justo humidiores
desiccant: 9. Sordes omnis generis è vasis urinariis edu-
cunt: 10. Ischurias, & Strangurias placant; 11. Sabu-
lum, & Calculum expellunt: quippe hos (ut factum) in
aquâ hac thermali per viginti horas maceratos, vel in a-
renas, vel materiam pulti, aut mucilagini, aut pastæ molli
similè redigi, experimur: Experientia quoq; effracti calculi
in vesicâ habebitur cap. 14. in sthæumaturgis §. 2. 12. Hypo-
chondriacâ melancholiâ laborantibus prosunt: 13. appe-
titum strenue renovant: 14. Famem Caninam extinguunt:
15. Stomachos debiles, languidos, & flatulentos confor-
tant: 16. Morbosam sitim compescunt: 17. Scorbutis,
Podis,

Pollent
magis vir-
tutibus
siccandi,
quam hu-
mectandi

Catalo-
gus ope-
rationū
earumde

Podagræ, Chyragræ, Rheumatismo, aliisque morbis, à colluvie Ichorosa & serosa dependentibus, peraptè medentur: 18. sævissimos, & implacabiles Colicæ dolores inveteratos mitigant, & sanant: 19. Astmati & Orthopneæ singulariter utiles sunt: 20. Tumores duros Schyrrososque emolliunt: 21. Scrophulas abigunt: 22. Abscessus internos mesentericos quandoque manifestant, eosque aperiunt, & detergant &c. 23. Diarrheâ inveteratâ affectis cum successu præscripsit Expertiss. Riverius, cent. 2. obs. 47. 24. colluvione Oris ulcera sanant, Putrilagines gingivarum corrigunt, Dentes vacillantes firmant: immò 25. Exoticos etiâ morbos, quorum fermè est incerta causa delent. Vere auxiliatrices Dei manus sunt, sacraque Dei dona. Horum omnium observationes habebit infra benevolus Lector, cap. 14. de Taumaturgia §. 2.

Quoniam verò necdum sibi satisfactum volent, thermopotationis Osores, nisi exactiores rationes è Medicinæ penu depromptæ addantur, quibus apertius demonstratur, quali modo, à priori, hæ thermales aquæ, vires suas in prænominatas, tam varias affectiones exerant.

Inter primos hanc navigans ad Corynthus haud temerè suppono, causas morbificas præfatorum morborum ad tria potissimum genera reducenda esse. 1. Ad primarum qualitatum calidi, frigidi, humidi, sicci intemperies: 2. Ad secundarum qualitatum, sive succorum, excessus, in lentore, crassitie, viscositate, Mucilaginositate, tartareisque saburris &c. & demum 3. Ad alienos & mutatos humorum naturalium vitiosos Sapores, v. g. salforum, acidorum, amarorum, acerborum &c. Hæc tria summa genera causarum morbificarum agnoscit univèrsa Medicina, & ab antiquo docuit Hipp. l. de Prisca Med. dum dicit. *Neque enim calidum, frigidum, humidum, siccum causa est, ut malè habeant: Verum inest in homine asperum, & lene; salsum, & acidum, & amarum, & acerbum, multaque præterea, qua ledunt &c.*

Hæc tria genera causarum morbificarum aquæ thermales benè op- & expugnant eorum excessus, & morbos; ab iis causa-

Causæ morbificæ superiorum morborum ad tria reducuntur genera.

Agnitæ ab Antiquis.

Op & expugnantur ab aquis thermalibus.

Morbi
primi
generis.

item Se-
cundi
generis.

causatos aere. Notissimum sanè est, morbos *Primi generis* intemperie exoriri, cum debita primarum qualitatum proportio, quæ ad actiones edendas necessaria est, non servatur; sed una reliquas, vel duæ duas alias vincunt: quapropter enodata & demonstrata cap. 10. temperatura temperata mixturæ calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ, mineralium harum thermalium Aquisgranensium; faciliè quisque assequetur easdem potatas exuperantes intemperies morbosas contrarias v. g. calidas hepatis, lienis, ventriculi, renum &c. humidasque partium quarumcumque præter naturam constitutiones emendare, & contrigere. Similiter morbos *secundi generis* seu secundarum qualitatum, qui à lentore, crassitie, viscositate, fœculentia, & saburra vitiosorum humorum & succorum fiunt; salium thermalium ac spirituum corporalium eorum energia (quibus thermales aquæ perpetuo scitent, ac turgent) illos attenuare, detergere, incidere, per urinam movere, ac per alvum evacuare posse; virtutibus attenuativis, deterfivis, incisivis, diureticis, & alvi concitativis, salibus hisce thermalibus & eorum *spiritibus* corporeis semper propriis & congenitis: His ergo, & illis, in potatione assumptis; *Obstructionum morbos*, qui à similibus causis ordinariè proveniunt, ac scaturiunt, v. g. Mesenterii, Pancreatis, Jecoris, Lienis, Uteri, Renum; & ab iis dependentes alios, ut Cachexias, Hicteritias, Hydropises, Mensium suppressiones &c. solvere & curare; præsertim, si dextro Medici Directoris consilio, in illis versati juventur. Sales enim thermales ipsi, cum ipsorum Spiritibus propriis, & Metallorum tincturis, in partium substantias ac capillares venulas Mesenterii, Hepatis, Lienis, &c. intimè insinuantur, & circulatione undique deducuntur ad attenuandum, incidendum &c. sic Collectiones seu Abscessus quandoque internos, ignotos frangunt, aperiunt, detergunt, & sanant: sic quoque Strumas abigunt, & Schyrros emolliunt; eademque ratione Asthemata, & Orthopneas curant, eoque efficacius, quod floribus sulphureis saluberimis ingenitis præcursoribus, & pulmonibus

Aquiagranensium & Porcetanaarum.

111

nibus balsamicis in pectus promoveantur. Afferuntque Chymici, sales hos thermales solvere omnes saburras tartarosas corporis nostri, extrahere ejusdem tincturas morbosas, & sulphure-nitro-salino-fixo purificare sanguinem. Latice autem aquoso, salibus & spiritibus acvato Sordes viscerum, Renum, Vesicæ, Uteri, Intestinatorum diluunt & detergunt, viasque ad expulsionem calculorum præparant, dilatant, tandemque compul-
sant; solverentque (ut experimento infusionum supra memorato sæpius factum) si moram in corpore tra-
herent longiorem, vel si non tam longâ viâ debilitatæ ther-
males, per ambagesque venarum deductæ integriores illos attingerent.

Hæmorrhagias vero uterinas, Narium, Hæmoroydum &c. compescunt, detinentque, aut exsugendo serosita-
tes sanguinis easque propellendo ad urinas, aut fortassis per quorundam salium mineralium thermalium, & spi-
rituum facultates figentes & condensantes sanguinem:
Tales sales visi sunt à Clariss. Thoma Bartholino in res-
pensione ad D. Zesium Med: apud Peritissimum Chymi-
cum D. Assuerum Pahinck aquas in Gelatinam consisten-
tiam figentes: tale est *sal mirabile* è mineralibus paratum
D. Glauberi aquas non tantum pluviales, & distillatas in
glaciem coagulans, sed etiam fontem aquæ salientis ob-
turans; vinum quoque, acetum, cerevisiam, mulsam,
& alios liquores in soliditatem, glaciæ æmulam, compin-
gens: talis fuit liquor salinus D. Slusii Can: Leodiensis,
aquas congelans in conspectu Illustriss. Nuntii Aposto-
lici P. M. Franciotti &c.

Denique morbos *tertij generis*, sive alienarum & mu-
tatarum qualitatum excessus, iidem sales thermales effer-
vescentiâ subterraneâ victi, ac subjugati; aquis therma-
libus commixti digestionibus naturalibus subterraneis
exaltati, morborum v. g. Scorbuticorum Podagrorum
Chyragrorum, Rheumatismorum &c. causas, humores
acres, tartareos, & Ichores salsos vel concentrant, vel
diluunt, vel dispergunt, penitusque enervant, & edu-
cunt.

& terræ
generis.

cunt &c. illuc tendit Sylviana Methodus medendi, & doctrina recens, & praxis jdez novæ, quidni ulterius! eodem modo: eidem devicti Dracones subterranei Macrocosmici, nempe *sales thermales* mitigati, enecati, & mâsuefacti reciprorè Microcosmicos Mefenterii Pancreatis &c. succos, & humores aores, acidiores, &c. tertianarum, & quartanarum febrium recentium, & inveteratarum contemperabunt, domabunt? atque dulcificabunt? Nonnè efferatos humores, acerbos, rodentes, pungentes &c. colicarum dilanationum, & aliorum dolorum implacabilium fomites mitigabunt atque mortificabunt?

Probatum
experi-
mentis
Chymi-
cis.

Stupendorum horum effectuum complures aliæ rationes ex promptuario Medico-Chymico addi possunt: Nonne Chymici per minerales sales, & eorum spiritus, simplices, aut mixtos, varias aquas, variosque sales mirabiles, dissolventes, figentes, concentrantes, contemperantes, mortificantes &c. parare sciunt? iisdem consimiles ipsæ thermales aquæ à naturâ possident: sunt enim talium salinorum mineralium & spirituum sæcundæ, ac plenæ, in hisque acidulas multum superant. iis ergo in corpore commixtis, mutuoque congressu refractis, causas has morbificas immites hebetant, & obtundunt; ut manifestè cernimus in tartaro vitriolato, spiritu salis coagulato &c.

sales reti-
nent per-
tinacissi-
me sub-
jectorum
suorum
qualita-
tes.

qualita-
tes ejus-
modi se-
vicem
non im-
pediunt,

Observandum *sales* omnes qualitates suorum subiectorum primas, secundas, & tertias mordicus & pertinacissimè detinere; immo quartas, v. g. magnetismi, aspectus & influxus corporum cælestium, in ipsis salibus concentrari, ut videre est, ex pulvere famoso Sympetico, cujus subiectum est sal menerale Vitriolum: de quo tot laudes tot effectus recensent Clariss. DD Patin, Moij, Digbi &c. Iterum observandum qualitates has v. g. tertias contemperandi, dulcificandi, mitigandi, figendi, &c. nunquam impedire, aut obliterare secundas congenitas attenuandi, incidendi, detergendi & neque has aut illas primas siccandi, calefaciendi &c. neque su-
per

peradditas quartas nominatas alias : itaque junctim vel separatim juxta exigentias, effectus produunt . maximè, si adjuventur paululum à Medicis, in illis exercitatis.

Jam verò si maluerint Empyricos & pseu medicastro- plebeosque sequi dicentes, nullis rationibus opus esse, sat esse analigimos seu comparationes & perceptiones juvantium attendere, aut similia cum similibus conferre, aut experientias eorum, quæ sæpius & eodem modo fiunt, observare, aut cum Cello dicere, *ubi experimentum fidem facit, abijciendus esse rationes.* Aut cum Valeriola loc. com. *Med. Experientiam omnium demonstrationum fidem superare :* aut cum Fernelio l. 1. de obed. rerum *causis tædere laborum anteaكتورum, & a se verandum medicamentorum experientiam, ratione potiore esse . vel cum multis confirmare nihil sapientius esse experimento, experiri autem dixit Fernelius l. 4. m. cap. 5. nihil aliud esse, quam quidpiam effectum probare, & deinde ex crebris eventibus, habere rerum notionem qua proprie est experientia :* Unde si à crebris eventibus & effectibus, habetur, Thermopotationem morbos antehac enumeratos, & causas morbificas propellere, & sanare ; absque eo quod alia perquiratur ratio & in illa effectuum notione persistere sufficiat : præsertim cum clariss. ab Heer Spad. cap. 13. aquarum Medicatarum, *Medicamentum Empyricum esse dicat, & ab experientia inventum.* Certè morbis recensitis afflictos, tales nos quam plurimos Thermopotatores curatos, sæpeque sæpius sanatos, hiscemet oculis sincere conspexisse profiteamur : qui hæc etiam cum à nobis relata audient, non dubitamus, quin quisque pro sua cura, sit confirmaturus ; & rem ita esse certificaturus : Observaciones tales ubique dispersæ sunt, de Civitate in Civitatem, fiunt notissimæ : & tædio esset maximo eas hic recensere aliquas tamen postea cap. 14. de Thaumaturgiis §. 2. selectas annotabimus.

Verum enim verò Adversarii, adhuc præter rationes, & experientias : Authoritates quoque Antiquorum expectant : Ut ergo illis Antiquitatis adoratoribus etiam ex

P

Autho-

Ratione
hic au ex
perientia
pugnand-
um,

Antiquitates pro
thermo-
potatio-
ne.

Authoritatibus satisfaciamus, placet quoque ostendere, veteres Aquas Thermales, usu interno *Potationis* usurpasse Aristoteles sect. 24. problema 17. Quærit cur thermæ Magnesiæ, & Artanæ, potu sint idoneæ. Plutarchus l. de compos. Ignis & Aquæ, aperte scribit calidas aquas esse Medicinales. Gal. l. 7. Meth. Medendi eas commendat in Ventriculi imbecillitate. l. 7. simpl. cap. 7. easdem laudat in Hydrope l. 4. sanit. tuend. rursus suadet. Paulus Aegineta ex Oribasio l. 4. cap. 1. Alexander Trajanus l. 10. cap. 1. eas in Colica præscripserunt, & Avicenna l. 3. fen. 16. cap. 3. Vitruvius l. 8. cap. 3. quasdam recenset potari solitas. Plinius. l. 3. cap. 15. & lib. 31. cap. 3. refert quoque eas, quæ in Campania, ac præcipue quæ in sinu Bayano sunt, fuisse frequentissimi usus. Sic Aëtius l. 2. cap. 3. &c. Hunc ergo usum approbant, & præscribunt Antiquissimi Græci, Arabes, & Latini: quænam quoque confirmant Neoterici præsertim ii qui de thermis in genere aut particulari, scripserunt, ut Baccius, Fallopius, Mercurialis, Vidius Vidius, Guanerus, Frascatus, Motagnana, Georg. Agricola, Tabernemontanus, Solenander, Riverius & perquam plurimi alii.

His igitur fulcris *Rationum Authoritatum, & Experimentiarum* firmissimis stabilita, & evulgata est, *Aquægrævensis Thermopotatio*; Occasione cujus Magistratus hoc magnificentum opus lapideum, benè scissum, undique munitum, ab omnibus injuriis & nequitiis tutum, ac liberum, artificiosissimè elaboratum, supra scaturiginem unam *Minera Corneliana*, in viâ publicâ erigi curavit, modoque auxit, & adornavit: ex quo sufficientissimè exanthlantur, & nitidissimè promuntur aquæ, ita, ut unusquisque propriis manibus & vitris, easdem ex tribus epistomiis, sive canalibus suscipere possit, & pro sanitate propria ebibere.

Alia huic thermopotationi congrua v. g. ambulacra, hortos, quamplurima necessaria, separata, accommodatissima, oclusa, tecta, munda &c. addidit, & adaptari mandavit, & alia fieri mandabit, ubi expediri animadverterit; v. g. expositiones alias duas novas desideratas & insi-

nuatas

Aqui-granensium & Porcetianarum.

115

suatas supra cap. 10. huic Cornelianæ non absimiles aquarum thermalium scaturiginis fontis Cæsareani, etiam in viâ publicâ, optime actu calidioris saporis multò gratioris, & consimilis efficaciz, aut potius efficacioris, ratione ipsiusmet caloris, quasi innati & benefici; cui inest vis appetitissima, ad deducendas, distribuendas, & adaugendas, aquarum illius operandi vires in hunc fermè modum constructui possunt.

Hinc non malè hortatur Doctissimus à Clivolo l. 2. cap. 9. ut quantum ferre poterunt, calidam assumant. ut scilicet & vehementius operentur.

*Fons Aqua Thermalis Scaturiginis
Corneliana.*



P 2

Imò



Imò ut etiam insinuavimus eodem cap. 10. Magnificus
Magistratus noster exstruere, & addere potest,
hanc tertiam thermopotationem, omninò frigidam ea-
rumdem aquarum præcedentibus non dissimilem artifi-
ciosè deducere & exornare, per se effluentem thermopo-
tationibus aptissimam, efficacissimam, gratissimam, ut di-

Etum supra cap. 10. in hunc aut alium modum: ut hanc, vel illam, vel primam Thermopotationis Medici moderatores eligant, & Patientibus applicent & in solatia Infirmorum adaptent ac usupent.

CAPUT XIII.

De congruo Potationis usu?

Quemadmodum, superius Cap. 8. pro externo *Bal-*
neationis usu, prius accuratum examen, causarum
morbificarum, morborum, vitium, *Ætatum*, *Com-*
plexionum &c. per consultationes Medicorum habendum monuimus, similiter, multò attentius, pro usu
Potationis interno illud præstandum censemus: ne *Patientes*,
frustraneè bibant, aut adversante remedio in pejus
ruant, ac sibi alia gravia accidentia pariant. Non enim
remedium universale est thermarum potatio, adeoque
non Empiricè, sed methodicè, & rationabiliter; juxta
indicationes causarum & morborum judicandum est.

Deliberatio præ
via ad
thermo-
potatio-
nem.

Potatione bene deliberata, antequam sese itineri com-
mittant consulimus ut casum & statum morbi, à Medico
consultum, vel consultationis resultatum petant, illudque
adferant hoc vel simili modo.

Dominus N. N. presens ager, calidioris hepatis à natura,
ventriculi frigidioris, & cerebri humidioris, unde catarris
est obnoxius, qui frequenter in pulmones defluentes, ip-
fos uscumque debiles à naturà adhuc magis debilitant;
præterea renes arenis laborant, unde gravissimis doloribus
nephriticis tentatur, pro quibus omnibus judicavimus
Potum thermarum Aquisgranensium, ipsi maxime profu-
surum, quarum usum poterit continuare ad tres septima-
nas, incipiendo ab unà librà ad quatuor post potum ipsa-
rum, poterit balneare ter, vel quater in Porceto, cum
regimine convenienti, quod cura, & moderationi presen-
sis Medici relinquimus. Consultatio fuit. DD. de Lespiere
& Overdaz Med. Bruxellenses. Vel Infrascripti Medici

Attesta-
rum Me-
dici super
Patientis
statu.

viitavinus R. P. NN. laborantem Tympanitide cui nullum præstantius remedium præscribi potest, quam ipsa aqua Balnei Aquisgranensis, quam idcirco bibere in loco necessario debet, ut pristinam suam valetudinem, vel saltem meliorationem acquirere possit. Consultatum Bruxell. à Clariss. D. D. de Lespiere, Fleshouder, Papenbroeck, & Overdartz,

Petitio. Norint Expertiss. & Clariss. DD. Medici nos hic summo opere desiderare & expetere consimiles Casus, seu Status morborum scriptos: primò ut si quid speciale sit in Patientibus elucescat, tum secundo, ut ad modum nostri Hippocratis Coi, qui ex tot tabulis memoriæ traditis in Apollinis templo, collegit sua Medicinalia; ita & nos illustremus hoc Opusculum Observationibus verissimis antiquis & novis. Egroti enim plerique curis fatigati redeunt, & prius Domi *Sanationes* aut *Meliorationes* percipiunt, quibus rescitis, in *Observationes* redigere utilissimum foret, in bonum Publicum &c.

Purgatio prævia. Patientes resoluti, & his muniti, procedent ad noxiarum humorum præparaciones convenientes, & ad primarum viarum mundificationes necessarias, per electa medicamenta appropriata juxta cognitiones causarum morbificarum, morborum, ætatis, sexus, &c. easque Domi facient, si locus accessionis non multum distet, sub directione proprii Medici, aut in ipso loco Potationis, per Medicum ibidem commorantem, si iter longius visum sit; idque vel una vice, si cacochimia sit parva & vires constant; vel repetitis vicibus, si magna & vitiosorum humorum evacuationem, una vice sustinere nequeant: *venam* quoque sibi (si visum fuerit) secare permittent.

Hospitiũ & Medicus. Ubi Aquisgranum appulerint *hospitiũ* quærent & Medicum, thermalium aquarum expertem, cui consultationem morbi tradent, ordinationesque ejus rite perscient.

Tempus thermo. potationis, Usurpaturi thermarum harum potationem, *annitens- ptes* ordinarie congruentius eligent; aut Vernale, Mensura
Apri-

Aprilis Maij, & Junij; aut Autumnale, finitis canicularibus, Augusti, Septembris, Octobris; Tamen præcise non menses, sed aëris perpendent temperiem, scientque citius usurpari posse, si sese aëris præsentet opportunitas, & serius desisti, si illa tardius duret; immo nec æstas eam excludit, si modo non sit torrida, ut plerumque non est, in hisce plagis Septentrionalibus; Nec dies caniculares ipsi obsunt, cum tunc, si velint, eligere & adhibere poterunt eandem frigidam, ad modum acidularum, artificiosissime fluentem, in omnibus æquipollentem. Nec Hyems quoque, si illius magna urgeat necessitas; Quocumque enim tempore hæ aquæ sibi consimiles sunt & usurpabiles.

Dulcius & efficacius ex ipso fonte bibuntur aquæ, præfertim hæ nostræ, quæ in vicinis civium ædibus transportatæ, illico teporem & saporem mutant: longius verò, & extra civitatem transmissæ, plerumque sulphureum odorem, fereque saporem perdunt; vel in refrigeratione, vel in recalesfactione, unde si possint fontem accedant.

Potus.

Semel in die vacuo ventriculo, potantur thermales aquæ, optimum tempus matutinale exorto Sole, hora diei sexta, septima &c.

Quoties & quando in die.

In fonte, non simul & semel, sed lente & sensim partitis vicibus, interassumptis si velint) confectionibus saccharatis bibent aquas: v. g. ex seminibus anisi, carui, corticibus citri, arantiorum &c. idque ne sibi nauseam pariant, ne subito grauent stomachum, nec ad vomitum compellantur: *paulatim quod fit, tutosic* ait Hippoc: Aph. 51. sect. 1.

Quomodo?

Interponent quoque si placuerit inter haustus, sive potationes singulas lenes deambulationes, absque tamen sudore; ut aquæ potatæ melius distribuantur, promptiusque penetrent, citiusque suas operationes exerant.

Parva interstitia.

Potationis *initium* facient à dosi minori, quam statim ad unicas triginta quadraginta ascendent, donec per duos aut tres dies, ad centum plus minus circiter uncias cessent, eique summæ dosi, ad decem, duodecim, quindecim

Initium.

decim & plures dies confilio Medici dirigentis curam, in-
fittent, prius quam defittant: Claudinus in append. fuo,
ingreff. ad infirmos, lect. thermopotationis initium de-
fignat hocale, feu uncias quadraginta, Archygenes exhi-
bet hæminas tres, vultque apud Æcium in insigni copia
effe dandas.

Ascenfus Securius & liberius hic cum his, per plures uncias aut
cyathos *ascenditur* quam cum acidulis; quod fuo calore
benigno & Benefico actuali, ventriculum foueant, ejul-
que tonum minus feriant, atque perturbent; etiam mino-
ri & ferme nullo exercitio fumi poffunt: quod inacidulis
plecifque laboriofum moleftum & neceffarium eft.

**Evacua-
tio.** Potatione finita, naturæ inclinationem diligenter ob-
feruabunt, per quam fcilicet viam eas *evacuare* intendat,
plurimi enim eas evacuant per Urinæ meatus; alii per
aluum; alii per fudores, nonnulli per duas tresve vias
fimul.

Sudor. Itaque fi natura corpore leniter moto, in fudorem pro-
na foret, in lectum fe component & bene tefti sudabunt,
fudorem calidis abftergent linteaminibus, fiquè dormi-
endi, urgeat neceffitas fomnum captabunt, & probe fic-
cati furgent, pluuiofam, & frigidam auram fugient; fu-
doris, & potationis modum ad paritatem ferme fefta-
buntur.

**Alvi aut
velicæ
evacua-
tio.** Quod fi verò potius per *Aluum* aut *Urina* vias na-
tura inclinata effet (quod thermales minerales plurimum
facere folent) hifce tum optimis evacuationibus, operam
dabunt Infirmi, neque fudoribus proliciendis, aut aliter,
naturam à fuà operatione avocabunt: non autem totam
fpem in evacuationibus per aluum ponant. non enim ca-
tarcticorum inftar electivè fubducunt, per fæpe tantum
eft affatim bibitarum è ftomacho elafus, & earumdem
per inteftina fubitaneus & folus defcenfus, aut falium ther-
malium deterfivorum, attenuativorum, &c. irritatus actus
& ablutio, ac profluvies.

Tardior. Bibentes folliciti non fint, fi thermæ epotatæ primis die-
bus per Urinas confestim non fecernantur, plures prius
tertio

tertio, quarto, quinto, imò sexto, interdum solum noctu, aut in lecto detenti, illud optatum beneficium præstolantur: occupantur tum aquæ in venis, aut alibi, & una cum sanguine circulantur, & ad renes citius non defluunt, propter crassos humores, nondum attenuatos, aut obstructions non satis apertas, aut propter acerrimos sanguinis ichores, necdum edomitos &c. Interim in corpore vix unquam corrumpuntur, aut ullum malum causant, aut faciunt.

Quod si ventriculus, post quinque, aut sex dies, aquæ fastidio afficiatur, si ructus & flatus suboriantur potatio suspendenda aut intermittenda est, rursusque corpus melius præparandum; si vero diutius in corpore maneat, & iis natura defatigetur potationi valedicendum est, & aqua potata, vel clysteribus, vel laxativo medicamento, expellenda.

Potatio quando suspendenda.

Quoniam vero thermales aquæ, non semper solæ, affectus, & morbos fugare valent; Medici industrii eas dirigentis, est supplere, & illis cooperari v. g. corroborare, coaperire, Urinam commovere, per epicrasim compurgare &c. Minima enim Medicamenta, in fugam morborum sibi associant, & ad libitum, obsequentissimæ sunt Medico; corroborantia, coaperientia, dieuterica, purgantia &c. acceptant simulque promovent qualiacumque quæ sita.

Aquæ thermales subinde javandæ medicamentis.

Solent hic nonnulli facultatem deterisivam, dieutericam, & alui concitativam &c. promovere commixtione pugillorum salis communis: mallet ego sale proprio thermali hermetico essentiali siccato, vel ubi opus, sale polycreste aut simili intendere.

remedia promoventia facultatem alvi concitativam &c.

Non ante prandebunt, quam aqua sit reddita, & quidem ea quantitate fermè quæ potà, aut etiam melius largiore, quod plerumque contingit à potatione, horis tribus, aut quatuor transitis: reddita autem cognoscitur, si alui, Urinæ, aut sudoris excretio cesset. Cæterum quia multi primis diebus parum, aut vix dimidiatam aquam reddunt, ne sibi ex dilato prandio noceant, sit satis, si quis epotis aquis, aliquid albæ Urinæ excreverit, deinde

quando prandendum?

Q

tin-

tinctam & coloratam exceernerit : sufficiens enim est signum, aliquam aquam à natura, ad aliquem alium usum retineri, itaque non dubitent se prandere posse.

Cibus saluber

In prandio *cibum* capient Eupeptum & Euchynum, boni succi, & facilis digestionis : cujus generis sunt capones, pulli, gallinæ, pipiones, perdices, gallinæ sylvestres phasiani, aviculæ sylvestres, montanæ &c. Viruli, capreoli, cuniculi, lepores juniores, verveces uno aut altero die suspensæ &c. inter pisces trutta, perca, lucii, umbra, gobii aliique saxatiles, ova recentia &c. abstinebunt à lactido, pernisi, anseribus, anatibus, agnellis, à carnibus salis, fumo induratis, arthrocreis &c. rejicient anguillas, tineas, haleces, asellos, carpiones &c.

Potus

Potus sit Vinum plerumque Mosellanum antiquum album oligophorum, & non fumosum &c. cerevisia (quæ facilius hic quam in acidulis modica permittitur) sit clara, dulcis, & digestionem facilis &c.

Cæna.
Dieta.
Exercitium.

Cæna sit semper prandio parcior, in cæteris rebus non naturalibus Dietæ additis moderationem quoque servabunt, v.g. in exercitiis, excretis & retentis, somno & vigiliis &c. reliquum tempus jocis, lusibus modestis, honestis confabulationibus, deambulationibus &c. terent.

Quanto tempore thermæ potandæ?

Certus *dierum numerus* qui potationi thermarum sufficiat, præcise definiri nequit, ob causarum morbificarum & morborum diversitatem, namque morbi alii lenes sunt, & curatu faciles v.g. intemperiei, à materia pauca, tenui, inherentesque parti tali, ad quam thermales potatæ statim, viribus integris, perveniunt : alii inveterati, & contumaces, qui etiam oriuntur à copiosa, tartareaque materia, & tali parti insident, ad quam eadem thermales non nisi fractæ & debilitatæ pertingunt. Illi ergo paucorum dierum numero, potationes suas expediunt, hi plurimorum opus habent : itaque consilio directoris Medici acquiescent, vel tot diebus bibent, quot bene ferent, vel saltem meliorationem & manifestam mutationem sentient.

Medicamentum post thermæ potationem

Potationem finituri, antequam sese itineri committant, reliquias potatarum aquarum, aut humores, potatione

atque

attenuatos, vagos & commotos, convenienti medicamento educant: similiter quoque si altero usui videlicet *Balneationi* operam debeant impendere: tumque regulas singulas in *Balneatione* præscriptas observabunt.

Tandem *errores* producamus, quos crebro Patientes in usibus *Thermalium* committunt: Verum, & verum dictum, quo res aliqua est nobilior; & præstantior, eo peior; deteriorque est illius abusus. Quisquis ergo cupit thermis feliciter uti, monitis præscriptis pro *balneatione* & *potatione* summo opere incumbat, & errores hos pro possibilitate vitet.

Enormiter peccant Infirmi, qui propria directione aquas thermales potant, post factum jentaculum, qui singuli interponunt tantumdem vini, frustula pernarum &c. qui quantitatem potus excedunt: Vidi hic qui singulis diebus quatuordecim pocula circiter uncias 560. ebiberet, ut parvo tempore suppleret dies multos. Iterum peccant, qui eas bene moderante Medico, usus aquarum nimis cito finiunt, vel proprias phantasias sequuntur: rursus peccant illi qui inscio Medico primario, alium audiunt, is ordinare scrupulos injicit, vel aliquid futile, vel novi, addere tentat, & sic curationes perturbat, aliquandoque temerarie consultit: graviter peccant *Balneantes*, aut *Potantes* comessantes, & ad prandia sese mutuo provocantes; imò & qui ab amicis tractamentum suscipiunt: plerumque enim & facillime excessus committunt, curasque conturbant, & quandoque cito citius viaticum consumunt, ita ut adæquatas, & necessarias curas adimplere nequeant, tales qualesque domum redeant.

Contingit quandoq; ut Infirmus Nobilis, aut alius medicinalium aliquem, sibi familiarem conducat, alienatum à vero speimine morbi, & thermalium ignarum; Patiens tum in earum usibus, cum eo pererrat; frustra quoque thermalibus utitur.

Intererit scires, an post inceptam, aut ante factam thermopotationem, possent Infirmi, suscipere acidularum potum, aut contra? Dicimus quemadmodum Eruditissimi

Peccant thermopotæ per excessum in cibo & potu.

Nimis cito finientes. Temere alium consultentes Medicū.

Comessantes tempore curæ.

Subdirectione Medicæ stii.

Medici in bona praxi perseverantibus iisdem indicationibus, & indicatis; suas ordinationes v. g. sua cholagoga ad repurgandas bile; aut pilegmagoga, ad phlegmata; sæpius bene variant, nec semper in unico eorum, ut solo Rhabbaro Cholagogo, aut agarico, phlegmagogo, sistunt, sed pro occasione eadem mutant, atque ad alia ejusdem virtutis, bene transeunt; sic in præfatis hydropotationibus, perseverantibus morbis, & causis; ex una Potatione v. g. ab actu frigida, ad aliam etiam mineralem, actu calidam transire poterunt. v. g. ab acidulis & frigida Spadanà ad thermalem Aquisgranensem & contra: imo melius & magis à calidà Aquensi, ad eandem frigidam, utpote ejusdem virtutis, efficaciz, ac compositionis, & etiam contra: utique hæ omnes hydropotationes, sunt in omnium oribus, animi Infirmorum in ipsas sperant, & sibi in medelas applicari exposcunt, præsertim postquam fatigati sunt decoctis, syrupis, pilulis, pulveribus & c. sive medicamentis ex Vegetalibus, & Animalibus desumptis, tum maximè aspirant ad efficaciora, è mineralium sylvà petita; quæ, cito, tuto, & jucundo ipsos restituant: in quorum albo thermalium, & acidularum hydropotationes sunt.

Scitu quoque necessarium erit, *An simul balneare & lavare possint?*

Varii modi simul lavandi & potandi,

Pro Responsione notandum, multiplices esse modos simul lavandi & potandi: quidam, ante in-vel egressum balnei, bibunt parum, multum vero lavant: 2. alii eodem tempore, & die multum bibunt, multumque lavant: 3. Nonnulli mane bibunt, Vespere lavant: 4. Non pauci Potationem vel Balneationem alternis diebus mutant: sunt qui aliquot diebus, Potationi datis, Lavationes aliquas interponunt, rursusque potant, vel contra: 6. Plerique Potationem præmittunt: Cæteri finito Balneo Potationem usurpant.

Innoxii.

His dicimus 1. eos optimè facere qui Potationes Balneationibus præmittunt; affectus enim plerique, & morborum causæ, ab internis humorum vitiis dependere solent, qui antipotatione & remedio interno, submovendi sunt

di sunt : 2. eos benè bibere qui ad præcavendam sitim rigorosam balneantibus ordinariam, & familiarem, ante ingressum vel egressum balnei, haustus faciunt parvos v. g. 30. 40. aut 40. unciarum, aut ad facilitandam aluum, aut sudores : quæ tria persæpe consequuntur. 3. qui mane bibunt, vesperi lavant naturæ propriæ debent habere experientiam; si enim lotium balneatione vespertina detineatur, aut diverteretur, certè male agerent illi: sunt tamen qui liberè bibere & lavare possunt, videlicet ij qui validæ, & festinatæ sunt emissionis; & qui sciunt thermales aquas potatas, lotio reddisse. 4. etiam non male faciunt illi, qui finitis balneationibus, ad aliquod dies, solum tres, quatuor, potationem postponunt, ut si viscera aliquid labis, aut intemperici calidæ balneatione contraxerint, attemperentur. 5. non adeo male agerent, qui in aliquibus morbis, quasi pro fotu & fomentatione, potationibus suis, balneum interponerent moderate calidum v. g. in schyrris viscerum, & tumoribus duris glandularum mesenterij hypochondriorum &c. 6. non male agunt qui finitis sudoribus, potum eundem mane non nimium captant, præsertim si jentaculo permissio renunciant. 7. male agerent qui alternis diebus potationem & balneationem mutarent. 8. item ij qui aliquot diebus potationi datis, lavationes aliquas interponerent vel contra. 9. Etiam ij qui eadem die multum potarent multumque lavarent: naturam enim summe fatigarent ac illam nimis turbarent.

Noxiâ.

Expedit etiam scire, *An thermales aquæ transportari possint?*

Ad hanc quæstionem responderemus integerrimas, optimas, efficacissimasque esset in ipsâ scaturigine epotatas, quod satis demonstrant, sapor, odor, coloris claritas, virtutum integritas, & operationum sælicitas; in transmissione præter pericula agitationis, conquassationis, corruptionis, falsificationis &c. semper amittitur aliqua portio materialium vaporosarum cum illis imperceptibiliter immixtarum, aut retunduntur & infringuntur aculei spiri-

Aque
therma-
les trans-
portari
queunt
viribus
utcum-
que in-
tegris la-
genis
vitreis.

uales efficacissimi & potentissimi, ideoque ægros, qui
illarum usum egent, si nihil insigniter impediatur, ad fon-
tium sicut rigines, mittendos arbitramur: si tamen prop-
ter graves, & necessarias causas, ad eas se conferre non
possint ad ipsos transmitti queunt, viribus utcumque sal-
vis; sunt utique aquis Spadanis, ac aliis Acidulis, cor-
poreis mineralibus specificis, ac spiritibus pleniore ac
fecundiores. Quapropter excogitatae sunt, & expresse ad-
aptatae *lagenae vitreae* ex duplicato vitro (nam simplices
franguntur) vasa lapidosa pertranseunt, transcorantque
dissoluto sale cocturarum, saepeque obiectas sordes con-
tinent, & nimium in vecturis agitantur, quassantur, &
infringuntur aquae, ideoque praedictae lagenae ab omni-
bus approbantur Medicis, sunt nitidissimae, firmissimae,
continentque omnes ultra 50. uncias quarum duae suffice-
re possunt pro potatione unius diei, & in itineribus ea-
rumdem aquae vix agitantur, aut commoventur, nec col-
lum longum lagenarum [ut pocula] unquam deserunt,
facillime recalescunt, recalescetaeque ante apertiones re-
integrantur & desuper ad evitandos abusum Amplius: Se-
natus noster providere poterit.

Modus autem & directio recalesfactionis talis esto, qua-
lis figura demonstrat: assumatur lagena A. B. C. illa man-
dat integra & clausa, & ut erit immergatur totaliter in a-
quam frigidam v. g. cacabi D. cacabus D. cum aqua frigida
& lagena totaliter immersa suspendatur, pendulus supra ig-
nem E. ut aqua cacabi & lagena sensim, simul & semel, ad
justum calorem calefiant, non ad fervorem, nec ebullitio-
nem; tum aqua thermalis lagenae thermaliter potabilis erit,
& recuperavit calorem fontis actualem: cacabus D. cum
aqua & lagena, auferatur ab igne E. & pars aquae calidae ca-
cabi D. effundatur in aliud vas, v. g. ligneum, aut terreum
F. ibidemque lagenae reponantur, demum aperiantur, hinc
effunduntur in Vitrum G. sensimque bibuntur recluden-
do lagenam, & reponendo in aquam calidam Vasis F. do-
nec hauriatur quantitas, à Medico Directore ordinata &
praescripta.

Plures

Modus recalcificationis Aqua Thermalis ita transportata



Plures alia quæstioncula levioris momenti supersunt v. g. Quæstio:
 An Senes, An Pueri, An grandæ, An menstruatæ, &c. unculæ
 Balneare, aut bibere possint? similibus ad hominem & quædam
 casum propositum ex tempore satisfacit expertus Medi-
 cus.

Hydro

quidam
balneare
neque-
unt potas
re possunt

Recapi-
tulatio
totius
opusculi.

Hydropicis aliqui, lue Venerea affecti, sanguinis sputo obnoxii, continuis febribus laborantes &c. Balneare nequeunt: bibere autem possunt, Febribus intermittentibus occupati, & in quibusdam casibus Hæmoptoici & patebit in Thaumaturgiis Cap. 14. §. 2.

Hactenus satis prolixè, occultas thermalium nostratium aquarum causas, mixturas, qualitates, proprietates &c. profecuri sumus, multa ad earundem usus pertinentia & assertionum nostrarum confirmationem, & faciliorem rerum novarum intelligentiam in medium produximus, non ut rerum naturalium Peritissimis, quasi inauditi quidpiam obtruderemus; sed ut Medicis, & externis curiosis, in hisce non eque exercitatis, omnem post hæc dubitandi occasionem præscinderemus: nam qui de Thermis scripserunt (saltem quos ego videre potui) de earum causis, mixturis, qualitatibus, & proprietatibus admodum indistinctè, aut dubiè, aut certe sine demonstratione pronunciarunt; ideoque quantum potuimus, pro modulo scientiæ nostræ, *Entitates Mineralium*, in hisce Thermis naturalibus *Aquisgranensibus & Porcetanis* in-existentes, post diligentissima serutinia demonstrauimus, virtutes earum excussis dubiis evidentibus, ac firmis rationibus, auctoritatibusque munivimus; immò post millenas authopticas Experimentias in recensitis morbis capitibus 5. 6. 7. pro *Balneatione*, item cap. 12. pro *Potatione* nominatas, cap. sequenti 14. manifestandas, corroborabimus; itaque has nostras hydropotationes tepidas, Calidas, aut Frigidas saluberrimas, & salutiferas Publicæ utilitati, commodo & sanitati congruentissimas stabiliemus.

Amra à
DD. m.
dicis,
Auctoris
petitio.

Quapropter rogamus quoscumque Clariss: Doctiss: & Expertissimos Medicos si hisce nostris consentiant conceptibus has novas hydropotationes in commemoratis morbis & occasionibus suadeant, promoveantque, aut ad minimum, si ob Acidularum frigidarum Potationem (quia fortè pluris amarunt) distrahantur, saltem post earum frustraneam Bibitionem & Experimentiam;

¶ vel

vel cum eas bibendi tempus non est congruum has Aquisgranenses thermas tepidas, calidas, aut frigiditas pro Aegrotantium salute, ac solatio; non dedignentur, aut dissuadeant; sed æqui bonique consulant.

C A P U T XIV.

Thaumaturgia Vsum Thermalium Aquisgranensium & Porcetanarum.

Quemadmodum Clariss. & Expertiss. D. ab Heer Opusculum suum Spadacrenes aliquibus observationibus oppido raris comprobavit, & confirmavit: ita & Nos non ab similitur exemplis, & experientiis notissimis, verissimis, ac Polyrarissimis, harum aquarum ambos usus præcipuos, *Balnationis & Potationis* illustrabimus, & evulgabimus. Ne verò eandem enarrando, ansam falsitatis captent Thermomastiges, si nomina personarum quandoque reticeamus, sciant illud ex aliqua necessitate fecisse; nihilominus nudam veritatem apponere cordatè, sine fuce, & sincerè profitemur; iidem Patientes restituti, & sanati, passim per Regna, varias Provincias, & Civitates obambulant, asseverare & confirmare poterunt, hæc sua magnalia thermalium Aquisgranensium deprædicantes, ad Antipodas usque: constat utiq; morborum in hoc libello annotatorum ac recensitorum quam plurimas extare *Sanationes* tam veterum *Balnationum*, quam novellarum hic, *Potationum*. Balneationum antiquissimi usus, & à sot sæculis approbatissimi, Curationes recensere; immensum opus foret; dicam paucis, vix unus pro Balneationis usu, has thermas accedit, aut frequentat, qui solatium non consequatur, referatque succursum in suis afflictionibus sepius præsentaneum, aut de post accessorium, plerumque autem sunt Paralytici, Scyatici, defluxionibus obnoxii, &c. & alii aliorum morborum Capitibus 5, 6. & 7. commemoratorum afflicti.

Balneationis curas de prædicat. longè lateque Patientes

Quales potissimum.

R Hunc

Dogmaticis Em-
pyricis
Chymicis Sylvi-
anis &c.

Probæ
palpabi-
les con-
ta Ther-
momas
tyges.

Percuf-
siones.

Hinc non parum admitor. Quorundam Nenas impertinentias, ne dicam malitias; tam absurdè, & fere calumniosè omnibus *Antiquissimis*, & *Neotericis* Praxibus contrariantium, Experimentiis tam frequentissimis autopticis contrascribentium, & tot *Sanationibus* reclamantium; Qui indè meritò indignationes, & offensas, omnium Sanatorum taliter incurunt, ut quisque ultroneè sese offerat, & præsentet, membrorum suorum restitutorum *Experientiam facti*, seu probas actuales; v. g. Qui pedum, qui digitorum, qui manuum, qui brachiorum, &c. donec Palinodiam cantent, vel agant: Hem! Heu! tales probas sustinere dissuadem, licet *Experientiâ Sciticâ*, digni sint; verè talibus probis impares essent; sunt utique, qui fulcris majoribus propriis antehac usitatis, jam derelictis, icturn fortè bovinū, in medio frontis excuterent; qui baculis caput infringerent, qui pedibus in clunibus, fortissimè calcitrarent, qui manibus & brachiis colaphisarent, qui digitis nasum vel aures in gyrum per plateas, aurorum ad ipsorum museas traherent, &c. ita vindictam pruriunt restituta *Balneationibus* membra etiam ab Antipodis.

Ne verò sicco calamo, similes curationes tam *Balneales*; quam *Potatiles* quæ nobis soli obtigerunt pertransire videamur, aliquas observatas addemus quæ circa morbos prænominatos Cap. 5. 6. & 7. Balneales. & Cap. 12. Potatiles: sit ergo.

§. I.

Cura Balneationum.

PRimitus erunt illæ *Sanationes* casuum recensitorum & appositorum, imò, & in prototypo datorum cap. 8. at quia in capitibus antecedentibus prædictis aliis, confusè propositi sunt morbi, supra quos maximè thermales *Balneationibus* vires suas exerant dictæque curationes promiscuè contingant, & obveniant, ita easdem hic referemus & annotabimus.

Inter primas, erit curatio Illustrissimæ Comitissæ N.N.
de

De Flodoiff annorum 22. aut circiter *Paralyfi* taliter de-
tenta & afflicta, ut solummodo in sedili ligneo brachiato
sedens, coacta fuerit ex Trochleâ, pensilis immergi in Bal-
neis S. Quirini, eisdemque instrumentis extrahi, hinc ad
sudandum portari &c. in curatione, ipsa incœpit stare,
gressus facere, & ante finem perfectæ curæ, semisanata vi-
sa est hinc inde, per Civitatem obambulare &c. repetitis
in autumno Balneationibus in S. Cornelio, perfectius sa-
nata fuit, assolebatur Illustrissimæ Sorori, cujus illustre
Exemplum erit in Thermopotationum curis.

Paralyfis

Idem fermè contigit Nobiliss. Uxori D. d'Aubergez
turmæ equestris in servitio D.D. Hollandorum Trajecti ad
Mosam Capitaneo &c. quæ post longam quartanam, facta
fuit Paralytica: ætatis circiter 40. annorum in autumno
1656. Balneavit in Porceto, verè sequenti in S. Cornelio,
ita profecit, ut liberata à quartanâ & Paralyfi &c. bac-
cillo per domum, & hortum ad libitum incesse-
rit.

Paralyti-
ca.

Venit ad thermas rusticus Clivienfis, ita manuum &
pedum imbecillis, ut illis nil posset tenere, his nec gressum
facere; balneavit in Rosaceis &c. restitutus & sanatus
rediit.

Imbecill-
lis ma-
num &
pedum.

Eodem tempore, accesserunt ad thermas Provisor Nor-
bertinorum Monasterii NN. cum socio; Provisor patie-
batur *Arthritidem flatulentam*, absque doloribus in
omnibus suis juncturis jam tumefactis, cum stupido &
tardo gressu, cum summa manuum & pedum debilitate &c.
manibus nil firmiter, & constanter tenere poterat, in-
cessus tardissimus & languidus erat &c. Socius vro ex Apo-
plexiâ, remanserat stupor & languor omnium nervorum
&c. Ambo Balnearunt in Cornelianis & sanati fuerunt.
Ufus est Thermis Vir. Mercator quinquagenarius Burde-
galensis, patiebatur intensissimos & molestissimos dolo-
res capitis, & à defluxionibus summas *rigiditates colli*, quod
vix inclinare, aut movere poterat; usus antehac fuerat
præter universalia Sudoriferis, Suffurnigiis, Lavacris &c.
9. portabat cauteria, à Domesticis Medicis persuadeba-
tur, trepani applicatio seu cranii perforatio &c. finito usu

Arthritis
flatulen-
ta.

Rigiditas
colli.

thermarum in Porceto, melius habuit, ac in Patriam reversus est, cum aliquot centenis millibus acuum &c.

defluxio-
nes ad
Lumbos.

Affligebatur Generosissimus & Nobiliss. Baro de Grofbeck *defluxionibus* copiosis & frigidis ad *Musculos Lumbares*, quibus ita detinebatur, ut sese erigere, nec vertere posset &c. usus est thermis Cæsareanis convaluit & contentissimus Domum reversus est.

dislocatio
Hum-
meri.

Itidem usus est thermis Illustrissimus Colonellus Hispanus de Zuniga, qui in obsidione Atrebatensi, inopinato casu *humeri dislocationem* passus fuerat, quæ validis instrumentis per bonos Chirurgos reposita fuerat, sed remanserant rigiditates brachii, langores, stupores &c. Balnearum Cæsareanorum virtutibus, discussis, & consumptis humoribus excrementitiis, roboratoque, ac firmato brachio, sanatus hinc abiit.

debilitas
& immo-
bilitas
manus.

Eodem tempore, usus est thermis, Generosissimus D. Colonellus Drüot, qui pariter in obsidione Atrebatensi, bombardâ supra metacarpium manus vulneratus fuerat, conquassatis ibidem ossibus, aliquibusque extractis &c. summam debilitatem manus retinebat & immobilitatem &c. beneficio thermarum ita sublevatus est, ut eadê manu pileum incœperit, deponere aliaq; munia facere quâ plurima.

Rigidi-
tas & in-
flexibili-
tas pedis
& Genu.

Item Generosus Dom. d^r Aguilair, in eadem obsidione vulneratus supra & prope genu, in interna parte, ad quadrimestre protracta est curatio Cameraci, propter supervenientes tumores, & abscessus, itidem applicationes cauteriorum &c. curatis & clausis cicatricibus, *genu. & pedis inflexibilitatem* retinuit, duobus fulcris innixus incedebat &c. usus thermis, fulera hic dimisit & deseruit, & bacillo solo adjunctus hic incescit, rigiditas emollita est, genu detumuit, & faciliorem gressum obtinuit.

In Majo accessit has thermas Reverendus Admodum P. Prior Augustianorum Huensium, afflictus Paralyti Epiglottidis & Gutturis &c. altas voces emittere, v.g. cantare, concionare poterat, submissè vix loqui, sanatus recessit. Contrarium evenit Viro Nobili D. van der Haagea Bruxelensis, ante 10. circiter annos, qui non nisi submissè vel
scri-

scripto effari poterat, Balneationibus integrè sanati fuerunt: Idem contigit Beguinæ Antverpiensi, quæ hic tota muta intrabat Balneum parvum, & post Balneationes quindecim, vel sedecim repetitas, in Balneo ipso, incœpit cantare suas antiquas cantilenas, perseveravitque & sanata est: quod & aliis pluribus contigit.

Muta sanata.

Accessit ad thermas D. de Pontilage Namurcensis, laborabat generali, *debilitate nervorum*, &c. thermis methodicè usus, sanatus integrè, recessit.

Debilitas Nervorum.

Desperata à Medicis & remissa à D. Doct. Brandt p. m. Practico Aquisgranensi Domicella de S. Martin Tornacensis, quæ præter summam emaciationem, tussim siccam, difficultatem incedendi &c. affligebatur *tanto tumore* in hypochondrio dextro, seu circa jecur, ut esset & apparet corpore contorta &c. cum feliciter hic appulisset, me persuadente intrepidè thermis usa est, Cæsareanis priuò tum Rosaceis, &c. ita profuerunt, ut disrupto abcessu, redditaque materiâ plurimâ per urinas, tumoreque detumescente, &c. hinc semisanata recessit & sequenti Anno nupsit.

Difficultas incedendi abscellus.

Idem contigit Patri R. P. à Campo ord. Prædicatorum, viro septuagenario Patriæ Limburgensis; per 5. aut 6. annos divexatus fuerat, *tumore renitente magno Hypochondrii sinistri*, hydropisim eminenti cum frequentissimis colicis, in curâ adhibuerat Medieos Expertiss Leodienses, Doctiss. Trajectenses frustranè: semi-desperatus in vitis ipsis thermas accessit, propter ætatem Porcetanas assignavi, premissis premittendis balneavit cum tanto successu, ut rupto internè abcessu, susque deque copiosissimam materiam purulentam emitteret immo & fragmenta vomicæ, seu pelliculas abcessus, diligentissimè curatus, potui vulnerario, conservis &c. refocillatus periculum præsentaneum evasit, & in Patriam reversus est, diuque vixit.

Abscellus hypochondrii sinistri, Cælicæ.

Eodem tempore venit ad Thermas Domicella N. N. fermè quadragenaria, quæ à 4. Annos suppressas habebat menstruales purgationes, thermis utens, hic easdem re-

Defectus menstruorum.

cuperavit. Vidi hic fimilem Colonienfem quæ prima balneatione idem beneficium obtinuit.

Morbus
Diaboli-
cus.

Eodem Anno & tempore canicularium venit ad thermas famofiffima rustica pagi Sarrenfis *Sar* prope Spa, triginta circiter annorum antehac verè à Diabolis obfessa, fed Trevis ad confpectum Tunicæ *Christi Salvatoris* liberata & fanata, à malignis; retento tamen incessabili agitatione pedis dextri cum tantà concuffione, ut nec stare, nec federe immoto pede poffet, & ubique portari deberet curru hic advecta est &c. per aliquot feptimanas Thermis Cornelianis methodice ufa, fanata fuit, & pedes domum reverfa est, & forfitan adhucdum vivit.

Aboreus
& efflu-
vium
menstru-
orum.

Eodem anno in autumnno venit ad Thermas, in fpermi boni fuffeffus præter Medicorum opinionem fœmina N. N. Namureenfis, cui contigerant plures à *bortus* & defuper laborabat *immoderato profluvio menftruorum* &c. post ufum balnearum Porcetianorum methodicum fanitatem recuperavit priftinam, vixitque benè, anno fequenti redux fanitatem eandem confirmavit.

Scyatica
convul-
fivi mo-
tus

In Augufto accefferunt ad thermales aquas Nobiliffimus D. Blondel à Confiliis Privatis & Status Regis Hifpaniarum Bruxellis una cum Nobiliff. Uxore & Nobiliff. Domina Bailly, ille *Scyatica* laborabat, Uxor *variis convulfivis motibus* in membris affligebatur per intervalla Domina Bailly *frequentibus animi deliquis* quotiefcumque naturæ fatisfacere deberet, per quindenam balnearunt in Cæfareano & omnes fanati reverfi funt.

Paraly-
tica.

Alia Fœmina rustica Bredana *Paralytica* balneavit in Porcet cum maximo fublevamine.

Tumor
indura-
tus.

Hic venit ad thermas Dom. Ramolius vetbi divini minifter Amfteldamenfis cum filio, comportans magnam *tumorem in hypochondriis induratum*, Balneavit & magnum fublevamentum hic refenfit.

Lumborū
debilitas.

Item pinguiiffima braxatoris Nivellenfis fœmina, fümma *lumborum* debilitate afflicta, thermis ufa, convaluit.

Itemque Nobiliff. Domina Van der Looz Bruxellenfis Uxor Nobiliff. D. Magiftri computuum p. m. post partum
super

supervenerant & retinuerat gravissimos dolores omnium juncturarum, balneavit in Porceto, & sublevata fuit. juncturarum dolores.

Item domicella devotissima Coloniensis, laborans pruritu generali totius corporis, benè & sanè balneavit in Porcet. Pruritus
Accessit eodem tempore Clariss. D. Quail negotiotum Exc. Principi de Chimay superintendens, cum sorore, qui Paralysis & convulsivi motus
post gravem apoplexiam, *resolutus* fuit partis, seu lateris sinistri, multisque adhuc convulsivis motibus nocturnis divexabatur &c. Soror autem ejusdem *Scyatica* laborabat &c. curas peregerunt in Rosaceo, ille multum melioratus, hæc verò sanata abierunt. Scyatica:

Affligebatur Generosiss. variis doloribus scapularum & humerorum Vir Seniculus Illustriss. Baro de Hollinkoven Dolor scapularum
Princeps Stabulensis balneavit in Porceto & sanatus fuit.

Eodem tempore accessit ad thermas Illustriss. & Nobiliss. Dom. Comes de Rebaucourt prope Duacum ad restaurationem post apoplexiam lateris sinistri, ejusdemque Paralysis Oeudeuma
pedis oeudeumatosi &c balneationibus Urbanis, visibiliter profecit, tertio semper cum augmento rediit non obstante grandeva ætate.

Item Comes d Ozemont Leodius multis *Cataris* divexatus &c. eos balneando consumpsit & sanus factus est. Catarri.

Illustriss. & Excell. Comes d Egmont Belga dolores *Podagricos* balneis Porcetianis dissipavit sibi, & sopivit: ac *Stomachum* debilitatum refocillavit. Podagra.

Comes de Merode d'Oignies &c. genu tumefactum & pedem languidum & Oeudeumatosum balneando superavit. Genu tumefactum.

Domicella de Lamboy religiosa in Milin soror Generalis, utriusque lateris paralytica &c. Balneavit in S. Quirino & profecit. Paralytica.

Advocatus famosus Lovaniensis in comitatu uxoris affligebatur & *catarris copiosis frigidis defluentibus* per spinam dorsii, pseudoparalyticus erat & vix incedere poterat, methodice balneavit & hic multo melius habuit. Defluxiones frigide.

Incepit balneationes vernaes Anni 1657. 16. Aprilis Domicella Alexandrina L'Abbaye, quæ post fortuitum casum

sum factum Bruxellis incidere in convulsiones omnium membrorum, præcipuè tamen partis dextræ, usa est plurimis remediis, quibus non proficientibus satis, balneationibus thermalium sulphuratarum adhibitis per quindenam, sanata est.

Paralyfis Appulit hic frater laicus Discalceatus Carmelita *paralyticus gutturis* quâ difficillimè & nõ intelligibiliter loquebatur &c. Balneo curatus fuit. Item frater laicus minorita Namurcensis qui frigoribus hyemalibus omnium articulorum seu *juncturarum summa debilitate* affectus erat, & quasi omnium membrorum resolutus &c. Cornelianis Balneis usus Domum pedes rediit.

Scyatia cum tumore femoris. 27. Aprilis missus est ad thermas parvulus Adolefcens Coloniensis, diuturnâ *Scyatia* afflictus, cum *tumore magno* in medio femoris, qui balneis suppuratus est; & rupto abscessu, restitutus & sanatus fuit.

Paralyfis Eadem 27. etiam missa est ad thermas filia juvenis famosissimi Medici D Hansoul ex Fontainel' Euesque prope Namurcum, quæ per malignitates variolarum facta est cocles, & unius lateris *Paralytica* adhibitis à Patre variis remediis medicinalibus, paululum sanitatis recuperaverat, remanserat autem *immobilitas brachii*, dextri & post varios abscessus, *varia ulcera* in humeris &c. his usa thermis multum meliorata rediit, & post facta est religiosa.

Immobilitas brachii. May 2. reversa est ad thermas aquas prædicta Soror Generalis Lamboy, balneationibus autumnalibus præteritis ut cumque roborata, easdem majoris effectus causâ & gratiâ, repetiit, & obtinuit. Ejusdem monasterii Soror alia religiosa monialis 10. May accessit, quæ vix, loqui poterat, nec benè intelligi; usa balneis Rosaceis facilius, & multò altius loquebatur. Ejusdem Monasterii Priorissa, etiam tunc ad thermas venit cum *Oeudamate* & magno pruritu *pedum*, usu balneorum Porceranorum sanabatur.

Loquela. Advenit ad thermas Illustriss. & Nobiliss. Comitissa de Queua Equestris exercitus Hispanici Belgici Vice-Generalis Uxor, & ipsa Belga, delicatissima, &c. quæ in comitatu Serenissimæ Reginæ Succicæ transiens Alpes correpta fuit inijante

Oeudema pedum & pruritus.

mitante Paralyfi pedum cum Spasimis & eorum tumefactione, &c. relictis & neglectis thermis Italicis, & aliis, hic appulit, balneavit in Cesareano & convaluit.

Paralyfis

Balneavit in Porcet Generosus Adolescens laborans à juventute difficultate retinendi urinam, qui quotidie lectum malefaciebat &c. is multò melius habuit, alii multi & varii sanati sunt.

Effluxus
Urinæ.

Eodem tempore advenerunt una tres Capucini, primus totus Paralyticus, alius Scyaticus, alius Catarris & defluxionibus afflictus & omnes cum omnimoda satisfactione ad proprios lares reversi sunt.

Paralyticus
Scyaticus.

8: Maij venit ad usum thermarum Nobilis Namurcensis Rheumatismo detentus, Catarris; & Defluxionibus obnoxius, ita ut renes & vesica iis magnis doloribus, afficerentur &c. Balneis Rosaceis usus, consumptis defluxionibus &c. sanatus fuit.

Defluxio
nes.

Rheumatismus.

Eodem Majo venit ad Thermas Nobilis Anglus, antehac suffumigiis & mercurialibus unctionibus tractatus, unde maximà debilitate membrorum affligebatur &c. pro quâ hic balneavit & succursum præsentaneum accepit.

Debilitates
membrorum.

In Augusto accessit thermas aquas R. Dom. Bernardus N. religiosus S. Petri Gandavenis afflictus magnâ debilitate pugnorum manus, & stupiditate brachiorum &c. balneavit in S. Quirino, & sublevamentum maximum hic accepit.

Item huc venerunt ad thermas post usum Spadanarum Domicella Stokart cum socero, Montenses Hannoniæ, illa afflicta erat doloribus hypochondriorum, obstructionibus, catarris, Asthmate &c. balneavit cum successu, in balneo S. Quirini: ejusdem Socer, qui post longam & inveteratam quartanam cachecticus factus & hydropisi proximus, per duos annos Spadanis usus, aliquantulum sese refocillaverat, propter oedemata pedum ex Spa, huc appulit & balneis Oedemata Pedum superavit, factusque in omnibus alacrior hinc discessit. NB. Thermopotatio ipsi congruentissima nondum erat in usu.

Dolores
&c.

Asthma.

Cachectia

Oedema
pedum.

Tympanites.

Spem posuerat in usu balneationis Domicella Dunker-
S
cara

cana 23. vel 24. annorum *tympanitide* laborans, defectu menstruorum &c. moriebatur in S. Quirino, dissecto cadavere inventus uterus schyrrosus & quasi cartilaginofus partes circumjacentes indurata &c. unde menstruorum defectus, tympanites, & reliqua.

Herpes
&c.

Balneavit in Cæsareano, *herpetibus* plenus seu Pfora affectus, Illustrissimus D. Baro De Silly, aliquantulum sublevatus, cito discessit, & festinans abiit.

Tumor
flatulentus.

Dom. Terfal Gandavenfis, affligebatur magno *inmore flatulento hypochondriorum*, externo potius quam interno, pro curatione varios adhibuerat Doctiff. Medicos, varia sentientes, tandem thermas accessit, eisdem foeliciter usus, cum satisfactione hinc discessit.

Colica
debilitas.

Post usum Spadanarum advenit ad thermas Nobiliff. & Reverend. D. Speys Decanus Collegiatæ S. Petri Lovanii &c. qui postquam perpeffus fuerat varios morbos, & Colicas, &c. omnium membrorum maximè debilis & languidus mansit &c. his thermis utens revaluit.

Defluxio
nes scapu-
laru &c.

Dominus *Lofane* Oeconomus aut provisor domesticus Serenissimi Principis Condei, afflictus maximis doloribus *Scapularum, brachiorum, Scyatica, Rheumatismo* &c. balneavit in Cæsareano & sanatus rediit.

Scyatica

Item balneavit in Cæsareano Domicella Coterelle afflicta diuturna *Scyatica* &c. huic quid raritatis contigit, nempe quod primà omnium balneatione supervenerit, in parte affectâ maximus pruritus, cum rubore magno, & pustulis; continuatis balneis perfectè sanata fuit.

Paraly-
tici.

In Augusto hic appulit Nob. Dom. de Koing quinquagenarius, corpulentus, ab octo mensibus, sinistri lateris Paralyticus &c. balneavit in Cornelianis & plurimum hic melioratus fuit.

Repetiit thermas Clariff. & Nobil. Dom. Quails à consiliis Excellentiff. Principis de Chimay & Prator in Avesnes, pro reliquiis *Paralyseos & pede Oeudeumatofo* &c. ambabus vicibus sublevamenta retulit. Item pro tertia vice Domicella religiosa Soror de Lamboy jam meliorata, cui iterum accrevit sanitas.

Accel-

Accessit Dom. Grimbergh Benedictinus religiosus, an- Scabies.
tiquatâ scâdâ scabie laborans &c. balneavit in S. Quirino
& ilam superavit.

Item advenit P. Capucinus, qui à decem annis balneo- Convul-
rum usû fuerat liberatus à convulsivis motibus membro- sivi mo-
rum, præcipuè *manuum* &c. hac vice ut leniret dolores tus do-
nephryticos, *spasmos* frequentes *pedum* &c. balneavit & lo-
obtinuit desideria. phrytici
Spasmus

Item P. Religiosus *Cælestinus* ex Herue prope Lovani- Paralyse
um, bonæ complexionis, & ætatis &c. solummodo pa- brachii.
ralyticus brachii, balneavit in S. Cornelio, & melioratus
recessit.

Reverendus Admodum Pater N. N. Provincialis Ca-
pucinatorum Provinciæ Walloniæ curatus à gangrena Bra- Rigiditas
chii dextræ; remanserat ipsi ejusdem *rigiditas cum stupore* brachii.
&c. balneavit in sulphuratis balneis seu thermis & restitutus
abiit.

Advenit ultimâ Augusti domicella Angla, tota *Paraly-* Paraly-
sica unius lateris, cum deperditione loquelæ &c. balnea- ca.
vit in sulphuratis mitioribus & meliorata est, sequenti an-
no reiteravit balneationes; & majores effectus assecuta est.

Nobilis Dom. Obert, Vicegubernator in Limburg aff- Dolores
lictus intensissimis doloribus *in juncturis* &c. balneavit junctur-
in S. Quirino, & liberatus fuit. rum.

In Septembri venit ad Thermas Nobiliss. & Generosiss.
Dom. de la Beaume Colonellus sub Sereniss. Principe Podagri-
Condeo *Podagricum* &c. balneavit in Sulphuratis minori- cus.
bus ad corroborationem juncturarum & accepit &c.

Le Chevalier de Sury &c. ex vulneratione curata gladii Rigiditas
in brachio, illud valde *rigidum* circumferebat &c. bal- brachii.
neavit in hisce thermis sulphuratis & melioratus est. Iti-
dem Generosiss. Dom. Baro de Poulegaise ex Erysipelate, Oedeu-
Pedem valde *Oedematosum* retinuerat, balneavit hic, ma pedis
& sanatus rediit.

Quarta Sept. Nobiliss. Senicula Domicella d'Argenteau
post habitam gangrenam in femore, factasque plures in-
cisiones, comportabat *Pedem Oedematosum* &c. missa
S 2 ad

ad thermas iisdem ufa, melius habuit pesque detumuit.

Anasarces. Vir Juliacenſis Patriæ, poſt uſum aquarum Spadanarum, pro reſiduo Anasarceſhis balneis uſus, adhuc melius habuit.

Scyatia. Item mulier Juliacenſis afflicta inveteratâ ſcyathicâ balneis ſanata & reſtituta fuit.

Inveterati dolores vulnecum. Accessit ad thermas 7. Septembris Excellentiff. & Nobiliſſ. Dom. Marchio de Perſan &c. ſub Sereniſſ. Principe Condeo in Belgio Colonellus &c. qui ut ab inveteratis doloribus antiquorum vulnerum levaretur, quietes nocturnas ſemper inturbantes, 1. iſtus tormenti bellici in femore, 2. iſtus bombardæ in brachio &c. balneavit in ſulphuratis cum maximo ſublevamine.

Arthritiſ Nephritiſ. Item Vicegeneralis & Colonellus Comes de Colligny &c. arthrico-Nephriticus &c. hic uſus eſt balneis & Thermopotatione cum ſucceſſu. ut & alii, multi Galli, qui Bourbonnii aliâs fuerant, de quibus §. 2. ſequenti.

Reliquiæ Paralyſeos. Item D. Dixmude Valencenſis propter reliquias Apoplexia & Paralyſeos.

Tremor corporis. Item Nobiliſſima Domina de Pettigny, afflicta magno dolore pedum quaſi Podragrico.

Accessit etiam R. P. Jeſuita titubans tremore univerſali totius corporis, unde non niſi ſcipione munitus incederet, balneis uſus reſtauratus fuit.

In eodem Septembri tres Capucini una venerunt, primus detentus antiqua Sciatica; alter ſtupore dextri lateris poſt inſultum Apoplecticum: ultimus Paralyticus, qui fuerat adhuc in Majo &c. omnes priſtinas ſanitates recuperarunt, advenerunt & alii tres Patres, P. de Witte Auguſtinianus, cum ſtupore dextri lateris, duo R. P. Oratorii Montis acuti videlicet R. P. de Vos ibidem Regens afflictus inveteratâ Sciaticâ, & P. Metermans debilitate genuum &c. detenti: etiam balneis conſolati fuerunt, & confortati, & ſanati omnes. Etiam Vir ex Montmedio Patriæ Luxemburgenſis Hydropicus, Aſciticus, cum inflatione pedum, & apparenter ſchyrris Hypochondriorum & Viſcerum &c. balneavit in Porcet.

Adve-

Advenit etiam Nobiliss. & Illustriss. Domina Baronissa de Trambler *Catarris* obnoxia cum tumore pedum, eorumque convulsivis motibus præcipuè dextri pedis, & maximè primorum digitorum &c. balneavit in sulphuratis sublevata & sanata fuit.

Catarris convulsivi motus

Itidem Nobilis & Reverendiss. Domina Enguefort, ad S. Agatham Leodii Priorissa, *catarris & defluxionibus* divexata &c. balneavit in parvo balneo cum optimo successu: sic mulier Distensis inclinata ad *Hydropisim* &c. similiter mulier, ex Montenacq. cui remanserat *Venter* post partum *tumidus*, & alia mulier post perpeffos, gravissimos morbos, inclinabatur ad *Cachexiam & Ictericam* &c. utentes balneis &c. illas prævenerunt.

Catarris Hydrope

Venter tumidus Cachexia &c.

Vir Nobilis ex Machienes au Pont, ad Sambram, affectus gravibus doloribus in omnibus *juncturis* post inunctiones mercuriales, balneavit cum solamine & sanatus rediit.

Dolores juncturarum.

Item Prænobilis Dom. de Viola &c. à servitiis Sereniss. Principis de Condeo variis *defluxionibus* obnoxius &c. balneavit & sanatus abivit.

Defluxiones.

In Octobri accessit ad thermas Illustrissima Comitissa de Steenhausen &c. pro corroboratione *spinae dorsi & musculorum lumborum* &c. balneavit in Cæsareano, & obtinuit.

Debilitas Lumborum &c.

Eodem Oct. Clariss. Dom. de Helden, Comitiss. Salmensis à consiliis & Officialis in Salm affectus variis *defluxionibus & pede Oedematoso* balneavit in sulphuratis minoribus & sanatus fuit.

Pes Oedematosus.

Mihi hæc scribenti multitudo exemplorum sanatorum rædium parit, forte etiam legenti: sed diversitas marginalis sola casuum me recreat, forsitan eorundem Varietas, benevolos lectores delectabit. Annotationes seu Observationes hæc solummodo duorum annorum sunt, dumtaxat 1656. & 1657. Quas non alias observarunt (si voluerint) Doctiss. & Diligentiss. Collegæ, aut alii hic Practicantes, aut Magnatum conductores, aut Curiosi itinerantes, & has thermas visitantes paululumque immorantes; Quales non contigerunt sequentibus annis, temporibus

vernalibus, & Autumnalibus ex fermè quotidiana sunt. Earundem aliquas notatu dignas, addam & referam sed iis non immorando, ut tantò citius ad admirabiliores curas *Thermopotationum* properemus; Inter illas notabiles fuerunt *Sanationes* duorum Patrum Missionariorum S. I. qui ex America huc appulerunt.

Paraly-
tici.

Paralytici ambo, diversis de causis & diversis temporibus & hic in collegio RR. PP. hospitarunt. Primus fuit P. Brion Verdunensis sacerdos, qui dum in illà Patrià ferventissimà totus sudoribus diffleret &c. ex immersione & natatu totius corporis in aquam fontanam algidam, *Paralysi* correptus fuerat, noctà & habità occasione navium Marselianarum, mari se commisit, per Gallias huc venit Aquisgranum, & balneavit, restitutusque fuit: recuperatà valetudine, ad suos Antipodas reversus est, ibidemque etiamnum (quod sciam) Missionem exercens & Deo lucrandis animabus operam navans. Secundus fuit P. Le Clercq Belga Insulensis, qui post gravissimos morbos in Insulis Americæ perpeffos, *Paralysi ferme generalis* detentus fuit, is itinere plus 1000. Leucarum confecto per Gallias Rupellâ Insulas Flandriæ pervenit; illinc Aquisgranum cum socio transvectus, hisce Thermis Methodicè usus, sanatus fuit, ad Antipodas suos etiam reversurus, nisi anno 1668. dum in excipiendis confessionibus Paschalibus Nivellis nimis sedulam operam navasset, fatigatus mortuus esset: Vir erat quadragenarius.

Paralyti-
cus.

Admiranda est si restitutio etiam sanitatis Adolescentis Filii D. Vander Wreken Trajecti ad Mosam Postarum Magistri, qui cum Lovanii studiis diligentem operam daret Apoplexiâ tactus, factus est *elinguis*, & *unius lateris Paralyticus* &c. tractatus Lovanii & Trajecti ab Expertiss. Medicis huc appulit ad thetmas, & balneationibus congruis temporibus quartò, quintò usus, perfectè ita sanatus est, ut evaserit, ad omnia munia paratissimus etiam thermomastiges offendere. Notanda etiam fuit accessio ad Thermas Nobiliss. & Geneross. D. Baronis de Lovignis, apud Hispanos Capitanei, Colonelli, & Generalis &c. cum Ex-
per-

peritiff. D. Doctore Hansout conductore &c. laborans post sanationem vulneris *rigiditate ejusdem brachij dextri &c.* quâ impediabatur scribere, pileum deponere &c. hic antiquo stillicidio maxime sublevatus est.

Rigiditas Brachii.

Non immemorabilis erit Observatio facta in Generosiff. D. de Battines Governatore in Orchies prope Duacum, affectans sanationem à Podagra commisit se nebuloni circumforaneo, qui pollicebatur totalem sanationem &c. is dato medicamento purgante pessimo, pro secreto curativo, susque deque illo purgatus est, & in violentissimam colicam incidit, inde *Paralysem*; hic aliquoties reversus est semperque meliorationes obtinuit. Fiet iterum de illo mentio §. 2. in thermopotatione equina.

à Medicamento paralyticum.

Nobilis est etiam illa sanatio, quæ contigit admodum Reverendo Domino D. Antonio Chasse Abbatia S. Vedasti Atrebatensis Magno Priori, qui ex potationibus nimium nive refrigeratis & aërum fontium algidorum in Versailles repercussionibus &c. ita *Paraliticus* devenerat, ut altera manu refici & pasci debuerit &c. hic reiteratis balneationibus convaluit, muniaque Prioratus sui egregie administrat. Quid simile contigit Reverendissimo N.N. Præfato S. Bertini Audomarensi, & aliis quam plurimis, ut R. P. Francisco à S. Clara hujus conventus Carmelitæ, chorum modo, & refectorium frequentanti, usitata fulcra in manibus comportanti, ut parata arma contra Thermomastyges.

Paralyticus.

Surditatibus subvenerunt plurimis: Adolefcens Huensis frequentavit hæc balnea, nullum audiens pulsum campanarum, bombardarum, immo nec tormentorum bellicorum &c. repetitis aliquoties balneationibus & Stillicidiis in S. Cornelio auditum recuperavit. Captatâ occasione famosiff. D. Iacquot antehac in suis surditatibus ejusdem melioratus hoc autumno easdem repetiturus huc advenerat ususque fuisset, ni aliunde infirmitates supervenientes impedivissent.

Surditates.

Ut brevis sim, tacebo innumerabiles alias, hinc inde factitatas, immo & illas, quæ communiter contingunt

Sanatio-
nes pau-
perum.

in balneis Pauperum circa Scabiosos, Ulcerosos, expul-
siones eschararum ossium cariosorum &c. pro quibus
quandoque cogimur dilatarecures &c. & fragmenta ex-
trahere &c. nunc ad alias admirabiliores.

§. II.

Cura seu Sanationes Thermopotationum.

A Nimus erat has observationes dare, juxta enu-
merationes & ordinem morborum positorum in
capite 12. at quia nou ita contingunt; sed mix-
tim; sic etiam illas hic promiscue inserimus; quas
Benevolus Lector (si placuerit) eisdem numeris 1, 2, 3, 4. &c.
applicabit, prae citati capitis.

Inceperunt *thermales has Hydropotationes*, omnium
ferme primi praefati in curis Balneationum, Excellentiss.
Illustriss. & Generosiss. Galli, de Persan, Colligny, la Beau-
me, Lofane, la Savetat, & plurimi alii, quorum grandis
satisfactio & foelicissimi successus oculares, excitarunt Me,
jam acidularum Spadacrene instructum, has *Thermopo-
tationes* pro capacitate suscitare, ideoque ad examen con-
tentorum seu Anatomerum in hisce thermis progressus
sum, quibus inventis, conceptis & bene explicatis per to-
sum hunc libellum, (Deo sit Glona) illae verè, modò per-
rennant, cum tali applausu Medicorum exterorum, &
fructu Infirmorum, ut undique gratias immeritas repen-
derint, & rependant quam plurimas: illis omnibus calcar
addidere admirabilis earum natura, & admirabiliores effe-
ctus, unde hoc opusculum.

Profuit
obstruc-
tionibus
debilita-
tionibus sto-
machi
&c.

Antecedet in Thermopotatione memorata Illustrissimae
Comitissae de Flodorf. Soror NN. quae huc associans praef-
atam Paralyticam, ipsa laborabat magnis *obstructionibus*,
debilitatibus stomachi, *Ictericis*, & *langoribus* &c. Ther-
males methodicè & animosè potitavit, ad quantitatem
circiter 100. Unciarum eas solum noctu (totaliter ta-
men) emittebat; completà potatione morbos suos supera-
vit, & alacriter vixit.

Reve-

Reverendissimus Admodum Dom. Jacobus N. Abbas
Cambrensis, his in uno anno tentaverat potum aci-
dularum Spadanarum frustraneè, dum *lenta Febre tabes-*
ceret, corpore arefceret, essetque cachecticus nullius appe-
titus, imbecillis, insomnis, inquietus &c. consultatione 8.
Medicorum huc ad thermales missus est, quibus se com-
mittens sub directione nostrà, ita profecit, ut spatio cir-
citer 18. dierum, quocumque vellet ambularet, quæcum-
que vellet comederet, dormiret &c. & desinente febricu-
là, ariditate, pruritu, inquietudine &c. convalescens abi-
vit sic & alii.

Febribus
lentis,
Cachecti-
cis, imbec-
illibus
&c.

Cachexia detinebatur Nobiliss. D. de Wagnies in equi-
tatu Belgico locum tenens Generalis Don Francisco de
Prado &c. bibit thermales, & solà potatione qui antevix
poterat progredi, nec vitrum tenere nisi duobus pugnibus,
& manibus, appetitu dejectissimus, Rheumarismo ante-
hac afflictus &c. thermalibus refocillatus, liberius ambu-
labat, unicà manu bibebat, colore refloruit, &c. & vi-
dentibus omnibus revixit.

Cache-
xia &c

Ab Ictericia liberabatur quædam Domina quatrduanà
thermopotatione illicè scilicet redeunte bile ad intestina,
quæ antea per habitum corporis dispergebatur &c.

Ictericæ.

à Capite ad calcem totus *Ictericus* fuit R. P. Isenbeck
S. J. Concionator Bruxellensis, consilio Medicorum
huc appulit ad thermales, toto corpore dixisses deauratum
Bruxellis pro potu thermalium præparatus erat &c. hos-
pitatus est in collegio &c. ad cum non succederet probatà
potatio, repetitâ per aliquot dies præparatione metho-
dice, successerunt aquæ, & qui semidesperatus erat, suam
ictericitiam deseruit & sanatus reversus est, duobus aut tri-
bus annis post idem contigit, venit, & rediit, & iterum
curatus mansit.

Hic referam admirandam sanationem Celliss. & Ex-
cellentiss. Principisse ac Abbatissæ in Thoor, natæ ex Co-
mitibus de Manderscheidt Blanckenheim annorum circi-
ter 36. quæ diutissimè afflicta, consultatishinc inde Clariss.
Medicis & assumptis omnis generis medicamentis, ut

T

mor-

hos superaret, nempe febriculam lentam quâ contabesceret, & ita, attenuata, & emaciata erat, & vix pellis hæret ossibus, cum vomitibus frequentissimis & torminibus ventris, insuper cachectica, asthmatica erat, divexabatur palpitationibus cordis, & animi deliquis & passionibus hysteriis, denique tota languida & inappetens &c. super casum consultati fuimus cum Doctiss. D. Oliva collega &c. Nos eam ad potum thermalium vocavimus, in similibus supremum remedium, resolutionibus nostris satisfacta etsi paululum reluctaret Medicus ordinarius ex Maseck, huc venit ad potum conducto una eodem Medico, Thermopotatione Methodicè utens melius habuit, & perseverans à malis his omnibus resurrexit, & modò alacriter impinguata, morborum immemor, lætissima vivit, ubique thermales depredicans.

Icteria
incipiens
hydrops.
calculi
renales.

Notabilis etiam est sanatio anni 1684. Admodum R.P. Patris Abelis Hubreck Minoritæ Belgæ, antehac Guardiani Binchenensis propè Montes Hannoniæ, cum thermopotatione in curam Cachexia, Icteria, & incipientis Hydropsis: incidit in nunquam animadversos, aut notatos dolores maximos nephryticos, calculi renalis hærentis in vrerere, nuclei corni simillimi; nullis aliis juvantibus medicamentis, eundem continuatâ potatione protrusit, & in duas partes effregit, & à morbis liberatus est. Hoc anno 1687. thermopotationes reiteravit in præcautionem recidivæ, & sanus abiit. Quid similè fermè accidit Famosis & Expertiss. Chirurgo Montensi Hannoniæ Iacquot, qui cum hic esset in comitatu Excellentiss. Baronus de Quincy, una cum Clariss. Doctore D. Bourdon Cameracensi, ebibentes thermales medicè post potationes aliquot dierum, noctu summis doloribus nephryticis prehensus est, fomentationibus & aliis usus, sequenti mane, in matulâ, similem renalem calculum emisit, huc usque ignorabat se tali morbo affligi.

Insignis est etiam per thermopotationem nuperrima sanatio R. P. Jacobi Alket minoritæ Provinciæ Colonien-
sis, qui cum Brullæ per annum & amplius luctasset cum
peri-

periculosissimis morbis Cachexiâ, Ictericâ, summâ emaciatione, nausea, vomitibus, siti, febribus lentis, indigestionibus, incipiente Hydropis &c. observassetque remedia præscripta Expertiss. Medicorum, Bonnensium, Coloniaensium &c. sine magno solamine, huc ad nos pervenit, in verè anni 1687. & thermopotationi persuasa sese commisit, quâ benè & medice utens, ita ab omnibus infirmitatibus liberabatur ut renovatum hominem dixisset muniaque religionis suæ perficiens, ad cathedras missus, concionator modò in Andernach existit.

Cachexia
Ictericâ.
Vomitibus
incipiens
Hydrops

Clariss. Advocatus, D. de Covetz Scabinus Limburgensis &c. Verus Spadacrenus seu Bobelinus, qui ut suis malis obviaret, singulis annis acidulas usurpabat; erat autem obstructionibus addictus, ructibus, inflationibus hypochondriorum insuper ventriculi debilis, nauseosus, sitibundi, depravati gustus & calculis parvis obnoxius &c. tandem me persuadente mutato consilio, & remedio; hisce thermalibus sese addixit, & thermopotavit, quibus ita se sublevatum sensit, ab omnibus quæremoniis, ut deinceps hic fixum domicilium elegerit, ut remedium semper ad manum haberet, & de facto quotiescumque minatur, thermales assumendo, præservatur.

Obstructiones,
ructus,
flatus,
nauseæ,
depravatio gustus &c.

Malis his invalescentibus subsequitur plerumque Hydrops in hanc inciderat Adolescens quidam Montensis Hannoniæ, nomine Carolus le Febure, Gandavi impressionibus librorum operam navans: is audita & evulgata fama harum thermalium, spe bonâ fretus, huc venit in Augusto, thermopotavit &c. sanus & alacris post thermopotationes Domum reversus est, & qui putabatur ab hero Gandavensi mortuus, ab ipsomet vivus revivus est.

Hydropis.

Jacuerat per quadrimestre, in Xenodochio Bavarico Leodiensi, sub curâ ordinariorum Medicorum Thomas Collart, circiter quadragenarius, desperatus à Medicis, attamen hic missus est, & longo labore huc venit, ei intumescebant venter, & tibia, valde opprimebatur anhelitus, vires deficiebant, languebat stomachus &c. his thermopotationibus utens, vermes aliquot dejecit ruberrimos &

magnos &c. remiserunt, symptomatas, & quotidianâ potatione proficiens, sanus pedes rediit.

Visus est & tertius Claudius Schaneau Thenensis Limburgi quondam miles, is Spadæ per duos annos sanitatem quæsierat, ibidemque tertio anno per duos menses hæserat, *Ventre admodum tumido, veniente ascitico facie pallidâ &c.* tandem has thermales accessit, quas moderate, & medicè sumpsit, & continuavit tanto effectu, ut liberè sedere, ambulare, ventrem reprimere, & hinc inde movere &c. posset: sperans in dies meliora abiit lætissimus.

Anasarca Laborabat *anasarca* R. P. Englebertus Capucinus Bruxellensis, hic missus à Medicis consultantibus, *Ventrem, pedes, tibias, manus, & humeros insigniter habebat tumidos, & ex serositatibus pellucidos &c.* hic apud RR. PP. Capucinos in lecto coactus est epotare aquas thermales, quas solummodo, ad 40. circiter solum Uncias ebibeat; cumque maximo cum successu per 30. dies continuasset, singulisque diebus copiosissimas per Urinas, ad amphoras emisisset, interdum nigerrimas &c. supervenientibusque laxationibus ventris, quibus viscosa, variegata, mordicantia excrementa repurgabantur &c. fervansque exactam dictam &c. sensim emollitus est Venter, pedetentimque evacuatis serositatibus, visibilibusque detumescens tumoribus omnibus, pristinum statum recuperabat & redux domum magnalia thermalium prædicabat.

Idem contigit famoso chirurgo M. Lucq Neoportensi in Flandria, qui etiam præter-Spem propriam à sua Hydro-pisi fuit similiter adjutus.

Asthma. Accessit ad thermas admodum Venerabilis & eximius R. P. Prior Monasterii S. Huberti fermè sexagenarius, jam dudum *Asthmate* divexatus, & aliis morbis obnoxius, hac thermopotatione adjutus domum rediit. Huic associatus erat Nobilis Dominus D. d' Aubles ejusdem Oppidi S. Huberti Prætor, Valde *Leucophlegmaticus &c.* inierat curationes Medicorum ex Philippopoly, consuluerat doctissimi.

Ætissimos Medicos Namurcenses, Expertissimos Leodienses & alios practicos. Hic thermopotatione methodicâ, omnia membra detumuerunt, confortatus in Ventriculo & in omnibus visceribus &c. semisanatus hinc discessit, postea veram sanitatem adeptus est, & deinde pancreaticè vixit.

Fuit alia domicella Dom. d'Eutighem Lovaniensis etiam *Leucophlegmatica*, cum frequentissimis vomitibus, nauzeis, difficultatibus respirationis, cachectica, pallidi coloris &c. Medicò thermopotavit & optimè habuit: Altero anno (nescio cujus consilio) Spadanas adhibuit in meliorem medelam, sed iis non proficientibus, iterum huc reducta est à Clariss. Dom. Doctore Lovino, sub quo, Spadacrenem suam perfecerat &c. hic reiteratis thermopotationibus felicissimo cum cum successu, convaluit.

Cache-
ctica Leu-
cophleg-
matica.

Thermales has aquas Pulmonibus & Pectori quasi dicatas & specificatas esse, ac *Asthmaticorum* azylum, apud omnes Medicos in confesso est, rationibus & effectibus comprobantibus, nec horum morborum defuncturunt primus hic esto, minorita Tongrensis hinc missus in Majo *Asthmato Leucophlegmaticus* &c. qui Thermopotatione convaluit. Alter erit Canonicus & Decanus Tornacensis R. Admodum Dom. Fromont. Item Nobiliss. Dom. Fabri Bonnensis à consiliis intimis Serenissimi Principis Electoris Colonienfis &c. sed inter hos emicuit R. Dom. Pillegrum Canonicus senior S. Gereonis Colonix, qui dum manè, tantum è lecto surgeret per horas *Asthmate* corripiebatur & ita opprimebatur, ut in sedili vicino incurvatus, & immobilis subsistere deberet &c. is ita thermopotatione profecit, us potuerit primò ambulare in Potcet, dein Montem S. Salvatoris ascendere, tum ad pagos ire vicinos, ante reditum. Accidit in congregatione Capitulari RR. PP. Carmelitarum Provincix Colonienfis, R. P. N. Carmelitæ, assignatio habitationis & moderni Supprioratus in hoc Conventu, qui molestabatur incipiente *Asthmate* &c. natà à occasione ebibit thermales in autumno & modò alacris & sanatus vivit. T 3. Alius

Asthma-
ticis pro-
sunt.

Alius adolescens 22. aut 23. annorum Pater spiritualis Capucinorum in Orchies &c. ita quandoque anxiebatur, *Asthmate* ut nec loqui, nec gressum facere, nec in lecto sedere posset &c. Illinc huc mittebatur ad thermales, transiens Leodium reconsultabat 4. vel 5. Medicos, qui omnes (ut solent) Spadam mittebant, excepto solo cordato Clariss. Viro Domino Rolans, P. M. qui eum ad thermales destinabat, cum hoc addito, ut si Spadam iret una lignem comportaret, quo citius fossam pro sepultura peragerent, certo non reversurum: mutato consilio huc venit, potitavit thermales & sublevatus est, anno sequenti reitervavit thermopotationes, & sanatus fuit: de post optimè conjugatus, alacriter vixit: sic de aliis quam plurimis.

Raucedini.

Tussi.

Subvenerunt *Raucedini* R. P. de Lavv, Expertiss. D. Doctoris de Lavv Bruxellensis filii, Minimorum ordinis &c. sic tussi cujusdam Patris Minoritæ Conventus Bollani, qui hic eques, præ debilitate venerat, latus pedes sanatus rediit.

Tumores & Schyrris.

Tumorem magnum & *hypochondriorum* & *ventriculi* visibiliter imminuit fotu & potu R. F. Gilbertus de S. Augustino, Leodiensis Heronomita Escurialis Hispaniæ, faciem mutavit, appetitum recuperavit &c. multoque melioratus fuit.

Dolores Colici.

Schyrris varios aetate etiam animadversos ab Epertiss. Domino Carolo Ogier p. m. dissipavit potu honesta matrona vidua & à *doloribus colicis* multis in vanum tentatis aqua hac potatâ immunem se reddidit. Ut & in Julio R. Admodum Pater Godefridus Marquis, ex Provincialis PP. Dominicanorum Bohemiæ, & Moraviæ, qui discussit in regione Ventriculi *tumorem pugno majorem*, laudavitque in se effectus thermalium, quæ etiam eundem à *colicis frequentibus* liberaverant. Divexabatur per intervalla *horridis Colicis*, & intollerabilibus doloribus Nobiliss. & Generosiss. adolescens D. Kolff, Ampmanni in Monjoje filius, quarum violentiâ sæpe in terram concidebat, & sese ad instar vermis convolvebat &c. semper in cassum adhibuit medicamenta, immo frustranea fuerat ehabitatio per

per annum integrum, apud famosissimum Medicum, &c. eandem Methodicâ hic potatione usus, bene curatus fuit, & alacriter vixit: sic eadem potatione sævissimos & inveteratos dolores eisdem *Colicos* mitigavit & superavit Illustrissimus Baro Frisius, & alii plurimi.

Conferre *lythiasi, seu calculis vexatis* plusquam certum & quotidiana exempla fidem amplissimam faciunt, nec illa hic desunt: Corripiebatur Trajecti ad Mosam *gravissimo dolore nephrytico* Nobilis Dominus de Staindt Salichburgensis, cum colicis & vomitibus &c. Illinc huc accurrit & in paroxismo ipso, aquas thermales exhaustit primam potationem ad fontem rejecit cum copiosâ bile porraceâ &c. animatus eandem illicò reiteravit, & quinque dierum spatio, calculo excusso renali, omnium dolorum expers abivit.

Lithyasis
Calculi.

Idem contigit Viro Clariss. Octuagenario, Juris Consultiss. & concivi, violentâ & molestissimâ *Stranguria* laboranti &c. qui epotis in Julio thermalibus, expulsisque calculis septem vel novem sanitati restitutus fuit.

Stranguria.

Adfuit fontis & bibit thermales juvenculus Trajectinus ad Mosam filius Magistri Hetmanni N. Chirurgi qui octavâ vel nonâ potatione, *calculum* renalem nuclei corni simillimum dimisit &c. lætus ad lares rediit. Visus est alius qui actuali potatione, & emictione ad murum *perfregit calculum*, fragmentaque adstantibus ostendit & mihi. Parochiani nostri Mater, *calculum* dejecit, & à doloribus nephryticis liberata fuit. Item Religiosa in Xenodochio nostro eisdem gratias bibendo thermas accepit. Item pistoris Uxor, dum eas etiam incuriè potitaret, vituperaretque thermales, *doloribus nephryticis* comprehensa, duos calculoseadem nocte, sine admiriculo emisit.

Calculi
Renales.

Addam casum integerrimi viri mercatoris, civis nostri Jacobi Buret, qui necessitate & hortatu potitans thermales, unico die undecim *calculos* deposuit, subsequuti sunt postrie alii, & tanto impetu deturbati, ut in renibus venulas dilacerarint, hæminaque plures sanguinis subsequutæ sint &c. & convaluit. Bibebat Thermales calcu-

losus:

lofus R. P. Ioseph N. Antuerpiensis Carmelita discalceatus, qui tempore thermopotationis ad quadraginta calculos donavit globulorum plumbeorum specie, capsulam femiplenam &c. ridendo suadebam gemmas pretiosas, ut inde possemus ambo ditescere.

Venerabilis D. Kazten in Ecclesia B. M. V. sacellanus & confrater S. Ioannis Evangelistæ &c. calculum fermè per annum dolorificum, in uretere portaverat hærentem, potu thermalium &c. eundem propulsit magnitudine nuclei dactillorum &c.

Calculi
Vesicæ,

Laborabat quædam Ultrajectina ad Mosam Duodennis, Officiarij filia magnà copià *calculorum vesicæ*, fragmentorum lapidum coctorum simillimis, manipulos unà vice reddebat, quos etiam cum aliis vidimus: contra quos frustranè multoties aquas Spadanas ebiberat, & cum illas non posset amplius continuare; monita & adhortata, cum patre & matre huc venit, initians thermopotationes, omnia ad opratum melius succedebant; postea tamen aliquantisper per aliquot dies emanavit urinatio, nihilominus animosè ebibens & balneans in S. Quirino emisit calculum ad magnitudinem olivæ, & urinas tantà copia per totum diem, ut pluribus potationibus æquivalerent, unde illi non amplius visi sunt, sic sanata & restituta fuit, & modo maritata est.

Calculus
vesicæ
effractus

Laborabat etiam (quod vix credetur) *vesicæ calculo* vago, errabundo, & volubili, sæpissimè emissiones impediante Nobilis Italus Dom: Cilli, qui jam dudum consilio Medicorum Bruxellensium ad lythotomiam seu excisionem condemnatus erat Parisios ire, ut pote, qui Spadanas & thermales transportatas, jam frustranè assumpserat: Consultantium aliqui cum adesset vernale tempus congruentissimum, ebibitiones aquarum thermalium ad scaturiginem persuadebant, quod elegit. & thermopotationibus 10. vel 12. dierum ad fontem ebibitis, illum in 6. vel 7. fragmenta seu particulas effregit, & divisum thermales eduxerunt. Aliquando thermales transportatas rebibit & alacriter vivit.



His curis lychiaseos accessorium fuit emittio admiranda *vermiculi vivi*, bombicini, pilosi, gyraji, multipedis, caudati, oculati, & rubri &c. facta à filio Huberti Josephi Dor, Her- viensi, hic studioso; cura frequenter summis premeretur strangurix doloribus, & quas de- ponebat urinas, albidæ & multum turbidæ appaerent &c. suspicatus collectionem cal- cularem in vesicâ &c. hortatu meo, auspica- tus est potationem thermalium in fine Julii. Quartâ potatione domi, ubi distinctè jussus asservabat urinas, in vrnali vitreo mundo, talem vermiculum vivum emisit, quem pro raritate reservo, & figuram appono: paulo post secundum emnixit, sed mortuum. Nulla dein incommoditate vixit, modoque uxoratus est.

Verniculi
colli ve-
ficæ.

In majoribus calculis vesicam reparo leniunt, eandem- que confortant & corroborant, *glutinosaque excremen- titia viscositates* dissolvunt, immò & particulas calculo- rum abradunt, ut notavit & monstravit sæpius Nobiliss. & Ampliss. D. Consul ex Riga hic in curis degens; qui ex curiositate proprias urinas totus calculosus mandabat transcolare, viscositates, & phlegmata retinere, & exsic- care, quas post exsiccationem adinvenit & vidit in calcu- losam materiam conversas &c. Hinc auctor fuit, ut cu- riosius examinaverimus efficaciam fontis, & immergere- mus ludos, seu calculos humanos in eadem aquâ fontis, & solummodo per diem infunderemus; illi partim in- venti emolliti, ut cera, & pasta, partim diminuti, partim in arenas redacti, sed his satis.

Vesicæ
excremē-
titia vis-
cositates.

Hinc evidentissimè colligere licet, quid etiam earum- dem potatio inservire possit *Ulcerebus Rhenum, & Vesicæ*, recentibus, & iaveteratis; utpote ad illa quasi specifica, & remedium completum indicationum omnium.

Ulcera
Renum
& Vesicæ

Non referam quid foru & poru in *evocandis mensuris*, quid in corrigendo *alb- profusio* ordinariè præsent: ha-
V
bebunt

bebunt Benevoli Lectores ex ungue Leonem, Filiola Ex-
pertiff. & Famofiff. Medici Leodiensis octennis vel no-
vennis, inter alios morbos affligebatur à 4. vel 5. mensi-
bus fluxu uterino viscido, glutinoso, variegato colore
mordaci, doloroso &c. frustraneè medicamentis curata
fuit &c. huc à Parente missa, ei singularem curam ad-
hibui, & illi potationem ad tolerantiam in initio Junii
institui, quâ pauxillo tempore ab hoc rarissimo morbo, in
tantilla ætate perfectè convaluit, admirante proprio patre;
Religiosa nunc vivit.

Efflavi-
um Uteri
num.

Sterilita-
ti subve-
niunt.

Quid in sterilitatibus faciant, dicam paucis: sunt uti-
que ubique his thermalibus factæ matres, ferè toties,
quoties ad hæc, aut similia aspirant, hucque veniunt, de-
sideratos effectus consequuntur, novi quæbis venit ad-
usus thermarum & toties prolificavit, enarrare omnes omninò
tædiosum esset, juvenes quandoque senicula illud bene-
ficium præstolantur, & horum effectuum singulis annis
observationes sunt.

Avebant rescire, An conferant in Hemorrhagiis, seu pro-
fluviiis immodicis sanguinis? Dicam rationes datæ sunt
supra pag. 117. &c. sunt & hic exempla; laborabat à sep-
tem annis Mercatoris Uxor fluxu immodico menstruor-
um sensimque tabescebat, & fiebat *Leucophlegmatica*
& inappetens, languida &c. commodè, parçè, & certa
dosi thermopotata &c. iis recreata, ordinatè melius fluxe-
runt, & revivixit: Idem contigit religiose Antverpiensi
&c. sed præcipuè sanata potatione fuit, una nostrorum
Consulum Uxor, quæ verè erat Evangelitica &c. nec
amplius proliferationes sperabat, potu solo harum ther-
malium cum directione, sanata est integre, reproduxit 2.
vel 3. proles, & jam tum alacriter vivit: Illustriss. D. Baro-
nus de Lique propè Gandavium ad sistendam ordinariam
& frequentem Hemorrhagiam narium eas ad quindenam
methodicè bibit, & sanitatem obtinuit, unâ vice pelves
plenas emittebat: idem contigit Joanni Prevost Spadensi
& constanter fuit sanatus: sic filia junior famosiff. D. &c.
Hansoul, ab Hemorrhoidum fluxu, & passim alii.

Hæmor-
ragias &
profluvia
sanguinis
compes-
cunt.

Obser-

Observatu dignum, missus fuit ad potandum thermales
 à Clariss. & Expertiss. D. Betting, Medico Bredanensi, Abcessus
 Bredanensis Patiens, ætatis circiter triginta annorum, la- internos
 borans, tumore & dolore hypochondrii sinistri; hospitium curant.
 sumpsit prope fontem, apud Lanionem &c. plerumque
 thermales in lecto ebibebat duodecima vel 13. potatione,
 effractus est abcessus, dicti hypochondrii, susque deque
 repurgavit pelves plenas sanie, immò pelliculas, seu vo-
 micæ particulas, &c. in discrimine vitæ positus, sororem
 accerere Bredano jussit, adveniens illa quem putabat
 mortuum & sepultum, invenerit viventem, sensimque
 convalescentem, & paululum hic morata, refocillatum,
 per Mosam secum reduxit. Idem contigit Illustriss. Sorori
 Baronis Frisi supra memorati in curationibus colicis, cui
 potitando thermales aperti sunt abcessus Mesenterici pro
 sanitate sua. Alia Camitissa, vomitu contumaces nigerr-
 mos eadem potatione compescuit, & ab illis levata fuit.
 Juvenulus Joannes Mol septennis, Civitatis Athenis in
 Hannoniâ, Mercatoris ditissimi filius ante tres annos ve-
 nit huc in comitatu Avunculi, tum Urbis Secretarii, &
 sub directione Expertiss. Domini Doctoris Muretz qui
 post perpeffos varios morbos, languidus erat, & ita tibia-
 rum imbecillis, ut ibique portari deberet, & vix seipsum
 sustinere posset, cum tibiæ ulceribus & tophis sive tu-
 moribus in pedibus, genibus, metacarpiis, & brachiis,
 hinc inde ad ovi columbini magnitudinem &c. regulariter
 thermopotitavit, balneavit &c. omninò sanatus est. modo
 ludit, curritque cum sociis.

Ex superfluitate nimia fermenti acidi, seu succi Pancrea-
 tici, diu, noctuque ad animi deliquia, torquebatur fame
 canina Clariss. & Generosus Dom. de Grosselier Valence-
 nensis, contiaud cibaria, ut insatiabilis ubique compor-
 tans, &c. potatione methodicâ harum thermalium acidi-
 tates illas superavit & sanitati donatus est. Similes quoque
 effectus percæperunt plurimi alii abundantes humoribus
 bibiosis, salis, amaris, & acerbis &c.

Fames
 Canina
 & morbi
 mutata-
 rum qua-
 litatum.

Præterito autumno missus est ad thermopotationem ab

Expertiff. D. Lamelin, Nobilis & Generofus D. d'Espine-
alias de S. Remy, Valencenensis, ætatis circiter 22. anno-
rum, afflictus sæviffimis torminibus, & atrociffimis dolo-
loribus ventris flatulentis, cum inappetentiâ, Melancholia
&c. quotiescumque tractabat, aut movebat Ventrem;
glifficentibus flatibus per intestina, ita intonabant, ut di-
xiffes tonitrua, & ita violenter per oesophagum & oserum-
pebant corruptis faporibus, naufcas pariendo, & ut iis
candelas extingueret, fenestras & portas fermè clauderet
&c. impatiens aliquantulum totalem thermopotationem
abbreviavit, & repurgatione valedictionis monftrante
viam, fufcitata est naturalis copioiffima fuperfluitatum &
depravatorum humorum unius aut alterius diei fuperpur-
gatio, quæ tamen ipfum timidum reddidit, & fermè in
desperationem traxit; noctâ occasione, taliter quali-
ter contentus difceffit: jam audio ipfum ab hoc rariffimo
morbo liberatum, & alacriter vivere. In Maio fuerat
N. N. R. P. Oratorii Montis acuti Antverpiensis, ructio-
bus & flatibus ventriculi multum divexatus, sine appe-
tentiâ &c. hic notabiliter thermarum potatione fuble-
vatus, promiffum statum cafus non fignificavit.

Nunc admiranda, quæ in *Febribus intermittenti-
bus* faciunt, edifferemus paucis: nihil frequentius, aut
certius curis feu fauationibus *Febrium intermittentium*,
tertianas obliterant per multas, veteres, & recentes;
Quartanas fimplices, duplices, triplices curant: ab an-
nali quartanâ feipfum liberavit Nobilis Batavo-Ultra-
jectinus, & Medicus. Triplici quartanâ inveteratâ con-
fiftatus, & emaciatus hicerat Prænobilis Dom. Da-
lencourt Lotharingus, potatione thermalium, unara
post alteram dimiffit, & ab illis perfecte fanatus fuit uni-
câ continuatâ curatione, ut & permulti alii à fimplici-
bus recentibus, inveteratis, duplicibus &c.

Quid ni Podagricis Chyragricis, Rheumatiffimis,
Scorbucis auxilio effe poffent? ut diximus cap. 12. n. 17.
&c. Nonne thermales, aquofo fomite evocare poffunt
tartarum fanguinis & vifcerum imbibitum, mitigatum,
dilu-

Febres
intermit-
tentes.

Silutium, per urinas & sedes educere; illæcis & corroboratis partibus afflictis, paroxysmos horum morborum lenire, retardare, & obliterare poterunt? verè hi, & illi, hæc obtinent, quod fatebuntur omnes.

Post initas consultationes variorum Doctiss. Medicorum Hollandiæ &c. in comitatu proprii Medici, deportabatur Spadam Serenissimi Ducis Curlandiæ &c. quasi desperatus filius, cataphractorum ac peditum Colonellus, militans apud Potentissimos Status &c. huc transiens reconsultavit nos: laborabat violentissimo *Rheumatismo*, quo non poterat ambulare, nedum stare, aut quidquam facere &c. persuaso & mutato consilio, approbante Medico cubiculario hic mansit, & methodicè thermopotitavit &c. paucis thermopotationibus gressum recuperavit, appetitum, somnum &c. & multis rebus sese applicans ambulabat, &c. hic etiam suos militares auxit & cum ipsis sanissimus eques in Hollandiam reversus est, modo in Ducatu regit & Dux est.

Rheumatismâ

Idem contigit Generoso Capitaneo Parisiensi D. le Fruq. qui in expeditione militum cum exercitu Gallico, etiam *Rheumatismo* detentus fuit, hic advectus & delatus in lectica Rusticana & ab Illustriss. D. Colbert, qui tum hic erat, valde commendatus, &c. cum ad cubiculum paratum per gradus faciles deportaretur, enixè petiit à portantibus (præ doloribus quos sustinebat) ut in illis pacificè permitterent mori &c. etiam benè & Medicè thermopotitans omnimodè sanatus fuit, & lætissimus Parisios discessit; multis annis post in vicinia transiens, grates adhuc rependebat, ut dicebat suis salvatoribus.

Prænobilissimus, Doin. Rohe, Scabinus noster Aquisgranensis &c. simili violento *Rheumatismo* captivatus fuit: &c. huic thermales Cæsareanas præscripsimus &c. quibus Medicinaliter usus perfectè convaluit, attamen subinde podagra heriditaria quandoque comminatur, sed sine sufficienti efficaciâ sanus persistit.

Frequentes etiam sunt curationes *Scorbuticorum* &c. in initio thermopotionum D. Egbertus Payv Amsterodamensis

mensis perfectè fuit curatus, & nuperrime in autumnò prætorio Prænobilis & Illustris Dominus Joannes Bernarts Hollandus, qui curas Scorbuticas Domi; frustranè sustinuerat, licet sumptuosissimè referebat se, pro parvulâ phiolâ elixir alicujus Chymici non continens unciana numerasse 25. patacques &c. erat autem ille emaciatus, pallidicoloris, inappetens, totus melancholicus omni momento suspirans, oculis perquam tumidis, rubris, inquietus, &c. omnes has thermales bibit, tepidas, Cornelianas ex propriâ scaturigine, calidas & frigidâs ex puteo Cæsareano, cum tanto emolumento, ut plane sanatus hinc discesserit, mirante proprio suo Medico Amstelrodamiensi D. Lignovio. qui tum temporis hic aderat.

Esere

Superfunt aliqui morbi 3. Regionis, habitus corporis, in quibus potatæ, non in ertes exerunt virtutes; Cum *Esere* frequenti, recidivo, &c. luctabat R. P. Minorita, potu earundem, acrimoniam seri, & vitiosam Hepatis inductam intemperiem, correxit & ab *Esere* liberatus est: Conspurcabatur *scædo ruborè & pustulis variis* facies N.N. mercatoris, decjiciebatur appetitu, languebat imbecillis, &c. potu persuaso à Medico omnia emendavit thermalium hanc potationem 100. Ducatis carere nollet, quam semper gratuitò habebit, si morbus recurat.

Phiriasis
seu mor-
bus pedi-
cularis
&c.

Unus restat *exoticus morbus* quem referre debeo, Prima Aprilis, accessit ad thermales Prænobilis Hollando. frifus, N.N. singulariter in omnibus Aulis Regumet Principum Europeis, immò & Turcarum notissimus; navigans in mari cum Judeis; suspicabatur se ab illis, scædo illo Herodiano morbo *pediculari* intoxicatum fuisse, quidquid fuerit, ita ejus cutis illis repleta fuit, ut undique ex volâ manns, ex naribus, auribus, oculis, mento, barbâ, pectore, ano, pene, &c. innumerabiles extrahere posset, viventes & in chartâ ambulantes, & currentes, quod vidimus unâ cum Chirurgo M. Hentico. Personam habebat conductam, quam secum deducebat pro hac venationâ quæ tota die ferme, operam illi impendebat, & quæ ad milliones fortè mactabat &c. huic casui

caſui medelam adhibevit circiter per duos meſes: potu, & ſotu thermalium, cauſam morbificam ſuſtulimus, extinximus &c. mutatis veſtibus ivit Francofortum, ſanatus rediit, curamque anteriorem pro majori certitudine aliquantiſper repetiit, & abiit liber, & in eolumis.

Ad modum Corollarij: In viciniâ eſt molitor qui equum habebat *Orshopnoicum* ſeu Anhelofum, ad plurimos annos eundem ſuſtentavit, aquarum thermalium calidarum & frigidarum potationibus, calidarum dum intrabat civitatem, frigidarum, eiſdem domi revectus, quas equus non dedignabat: diſpar fuit earumdem Potatio, equi Nobiliſſ. D. de Bâlines Gubernatoris in Orchies, cujus commemoratio facta eſt in curis Balneationum § 1. is Dominus incitatus auxiliis tam frequentibus in *Aſthmâ* ſimilem equum, ſed pretioſiorem habebat; rediens hunc pro ſecundâ vice, ſecum illum adducere juſſit, & curationem illius commiſit fabris ferrariis, qui venientes ad equum & curam inſtituentes, in præſentiâ Domini, & caſualiter meâ, volentes medicinaliter procedere magnum cornu præparaverant, quo infundebant aquarum S. Cornelii ciſtulam, at quia nimis affatim pergebant, ipſo actu Infuſionis equus concidebat mortuus, & eripiebatur ex illorum manibus. Quanta diſparitas optimi remedii? bona, & mala adminiſtratio, notanda eſt, illius vitæ, hujus mortis, &c.


Solet natura Juniorum equorum ſe ipſam exonerare ſemel aut bis &c. ſpecie *Schynantiæ*, *parles Gourmes*, in quâ equi ſummè periclitantur & in quâ omnino prohibeantur frigida potatio &c. idcirco cum hic ad manum thermales haberet Generoſus noſter Capitaneus ſenior militum D. Bogart, juſſit tales offerri, equus eaſdem obſtinatè reſpuebat; perſeverantes in oblatione, poſt jejunium triduanum potationis, tandem integram cuppam ebibit, lepidis effectibus, continuo ſermè minxit, & ita repurgatus eſt, ut ſtalli parietes undique deauraverit &c. unde totaliter æqualuit, & de poſt eaſdem libentiſſime ebibat.

Curatio-
nes Equi-
nar.

Epilogus

Officio boni viri, & sinceri Medici derogassem; & famam harum aquarum nostratum mineralium calidarum, longè latèque diffusam defuissem; communique utilitati non deservivissem: si illa quæ per eas contingunt observatu digna, rara, & frugifera exempla omnium manibus, & oculis non objecissem: Hinc fretus hæc omnia *lectores* optimam prosequuturos gratiam, benevoleque suscepturos animo, his rationibus, experimentisque assensuros: & si quas earundem audiant calomniosas maledicentias, falsasque detractiones, repressuros. &c. dabit Deus Optimus, Maximus his incrementa, & fontes hos salubres nostros, Benedictionis suæ rore perfundet in Æternum, Amen.

F I N I S.



SERIES RERUM & MATERIARUM.

A.	
<p><i>Altare B. M. Virginis.</i> 9 <i>Altare magnificum in Choro. ibid.</i> <i>Alvei Balnei Casareani amplissimi</i> <i>quinque.</i> 38 <i>Alvei parvi Balnei 4. 2. majores,</i> <i>2. minores</i> 39. <i>Alvei S. Quirini tidē quatuor.</i> 40. <i>Alvei S. Cornelij quinque.</i> 44. <i>Alvei Balnei Rosacei quatuor.</i> 45. <i>Alvei Balnei Pauperum duo. ibid.</i> <i>Alvei balnei Pauperum quomodo</i> <i>melius accommodandi. ibid.</i> <i>Amatores balnearum.</i> 13. <i>Ambitus Civitatis.</i> 4. <i>Amica à Doctiss. DD. Medicis</i> <i>authoris peritio.</i> 128. <i>Anatomia thermarum harum.</i> 69. <i>Antiquissimus putens therma-</i> <i>lium.</i> 40. <i>Antiquitates pro thermopotatio-</i> <i>ne.</i> 114. <i>Antiqua ingredientia aquarum</i> <i>thermalium.</i> 95. <i>Appendix ad DD. Scientissimos</i> <i>Parisienses.</i> 73. <i>Aque calida dulcis effectus.</i> 13 <i>Aqua Casarcana potationibus ap-</i> <i>plissima.</i> 43 <i>Aqua composita variorum mine-</i> <i>ralium substantias queunt obti-</i> <i>neri.</i> 20. <i>Aqua Medicata imbibunt realiter</i> <i>mineralium Metallorumve vi-</i> <i>res & substantias.</i> 18</p>	<p><i>Aquarum medicatarum differen-</i> <i>cia.</i> 14. <i>Aqua ad quas sani omnes cujusvis</i> <i>atatis, ordinis, sexusve constue-</i> <i>re, ut tuto uti possunt.</i> 51 <i>Aqua thermales bene Op. & Ex-</i> <i>pugnant tria summa genera</i> <i>morborum.</i> 109 <i>Aqua thermales cur agant in me-</i> <i>talla, nen in corpus humanum.</i> 100. <i>Aqua thermales Medicinales</i> <i>sunt.</i> 105. <i>Aqua thermales bibi possunt tepio-</i> <i>da, calida, & frigida.</i> 85. <i>Aqua thermales non idēd elimi-</i> <i>nanda quia non omnibus pro-</i> <i>sunt.</i> 104 <i>Aqua thermales non sunt Medicis</i> <i>na universales.</i> 103 <i>Aqua thermales, non subjacent</i> <i>injuriis aut tempestatibus cœli,</i> <i>aut solis.</i> 104 <i>Aqua thermales pollent magis vir-</i> <i>tutibus siccandi quam hume-</i> <i>ctandi.</i> 108 <i>Aqua thermalis subindēd juvanda</i> <i>sunt medicamentis.</i> 121. <i>Aqua thermales virtutibus peno</i> <i>innumeris donata, & ad multas</i> <i>corporis agritudines efficacissi-</i> <i>ma.</i> 42. <i>Aqua thermalis qua ova indurat,</i> <i>porcellos depilat, gallinas deplu-</i> <i>mat.</i> 79. † Aquis.</p>

SERIES RERUM

Aquisgranenses therma omnes sulphurata. 38. 46.
 Argilla. 78.
 Attestatio Medici super casu Patientis. 117.
 Aula amplissima convivii & epulis Regularibus, solemnibus Imperatorum Coronationibus dicata. 4.

B.

Balneum Cesareanum. 36.
 Parvum. 39.
 S. Quirini. 40.
 Balneum S. Cornelij. 44.
 Rosaceum. *ibid.*
 Pauperum. 45.
 Balnea Porcetana. 49.
 Balnea vaporosa. 41.
 Balneationis dies & vices. 64.
 Balneare & bibere quinam possunt tuto. 124.
 Balnei seu balneationis tempus. 58.
 Balneis cum delectu utendum. 55.
 Balneorum cura, longè latèque extensa. 66.
 Balneationis curas depradicant longè latèque Patientes, 129.
 Balneantes quomodo peccant. 123.
 Balnea Urbana quibus morbis profint. 42.
 Balneorum differentia. 12.
 Bibitur aqua thermalis tantum moderatè actu calida. 79.
 Busta Aquisgranensia. 4. & 6.

C.

Calaminaris lapidis fodina. 6
 Calor actualis fontium. 21.
 adventius *ibid.*
 Calor actualis fontium, non à solo non à flatibus, non ab igne subterraneo &c. 25.
 Calor thermarum unde? 31.
 Calores actuales sine igne. 36.
 Carnes vitanda in balneo. 63
 Catalogus operationum thermalium. 108.
 Causarum morbificarum tria sunt summa genera. 109.
 Chylosis primario & per se, non fit ab intenso calore. 80.
 Cibi & potus loco, in balneo. 60.
 Cibus saluber & noxius. 122.
 Comparatio cum Bourboniacis. 74.
 Conditiones ut gradus super gradum majorem faciat intensiorem. 81.
 Confusa mixtura indigna nomine mixtura. 19.
 Cognitio natura thermulium unde. 105.
 Contentio & pugna salium. 31.
 Convenientia mineralium, spirituumve salium thermalium ad metallorum principia declaratur experimento, 100.
 Corona peusilis. 8.
 Crassa mineralium recrementa per quae expellantur. 102

Cura

ET MATERIARUM.

<i>Cura partium imbecilium in Balneo.</i>	65	<i>Enumeratio eorum que in terra visceribus reperiuntur.</i>	15.
<i>Curiosa ex- & applicatio.</i>	35	<i>Excidium Urbis.</i>	2.
<i>Curiositas.</i>	54	<i>Exsiccatio aquarum thermalium.</i>	103.

D.

<i>Dantur aqua maligna, aut venenatis mineralibus tincta.</i>	101
<i>Deliberatio ad Balneationem.</i>	56
<i>Deliberatio ad thermopotationem.</i>	117.
<i>Descriptio fontium Porcetanorum.</i>	50.
<i>Determinatio spatij ad Balneandum.</i>	61.
<i>Disparitas inter externum Balneationis & internum Potationis usum.</i>	83.
<i>Differentia inter tepiditatem thermarum & aliarum aquarum.</i>	104.
<i>Diversitas thermophilaciorum.</i>	11
<i>Diversitas in alveis S. Cornelij Rosaceis.</i>	46.
<i>Dormitio à Balneo.</i>	63.
<i>Domus Senatoria.</i>	4.
<i>Dubitatio ad Scientissimos DD. Parisienses.</i>	75.

E.

<i>Egressus è Balneo.</i>	62.
<i>Elogia thermarum nostratum.</i>	77
<i>Ejectio quotidiana salis fontium horum calidorum.</i>	27.
<i>Encomium Urbis à solo, ab aquis frigidis, ab adibus sacris & profanus, à rivulis &c.</i>	6.

F.

<i>Facultates aquarum salinarum, vitriolosarum, aluminosarum, sulphuratarum, arcarum ferratarum &c.</i>	19. 20.
<i>Flos salinus in Casareanis.</i>	39. 77.
<i>Flores sulphuris in Casareanis.</i>	38.
<i>Flores sulphuris in Cornelianis Rosaceis &c.</i>	47. 49.
<i>Flores sulphuris aquarum thermalium quomodo expellantur.</i>	102
<i>Fons in medio fori.</i>	4.
<i>Fontes qui ignium subterraneorum montiumque ardentium calore actuali ferventur.</i>	30.
<i>Fontium Porcetanorum fervor.</i>	49
<i>Fontes Aquisgranenses non modo aliis thermis simul junctis aequales, sed eas superant sua aquarum copia.</i>	53.
<i>Frigida assumpta tepescunt in ventriculo.</i>	81.
<i>Frustra oppugnatur thermipotatio ob novitatem.</i>	105.
<i>Frustra adversarij emulantur balneationes cum acidulis</i>	ibid.

G.

<i>Galenii judicium de thermis.</i>	107
-------------------------------------	-----

† a

H.

SERIES RERUM

H.

Hauſta thermales aqua quando nocent, & contra. 79
Hepatis caloris correctio. 81.
Hospitium adventantis Peregrini. 59.
Hospitium & Medicus. 118

I.

Ignes subterranei. 23.
Ignis famosorum Montium unde. 28.
Ingreſſum in Balneum. 59.
Innoxia aqua Porcetana. 51.
Inter fluxus aqua calida & frigida. 52.
Judicia pro aut obſutura balneationis. 62

L.

Lipſano-theca. 9.
Lipſana Varia. 10.
Lavacrum pauperum in Porcet. 53.
Littera defectuum explicativa. 56
Loca efferveſcentiarum. 54.
Loca thermarum. 11.
Lutum ſeu coenum thermale. 46.

M.

Magnificentia & Majeſtas Templi Carolini compendioſe. 7.
Materia & pabulam ignis ſubterranei, non bitumen, non ſulphur &c. 26.
Medicamentum poſt thermopotationem. 122.

Medicamenta non omnia Priſcis fuere nota. 106.
Medicina univerſalis nulla. 103
Mercatores Urbis Aquisgranea. 3.
Metropolis quando fuit Civitas Aquenſis. 4.
Mineralia & Metalla quomodo ſuas Vires communicant aquis. 18.

Mineralium ſubſtantia thermales activitate pradica ſunt. 99
Mineralium ſubſtantia thermales innoxia ſunt. ib.
Mixtura ſalium. 31.
Mixture adjuvamenta. 19
Modi quibus aqua minerales impregnantur. 98. 99.
Monachus Lecticarius. 62
Monasteria Urbis Aquisgranenſis. 6.
Mora in balnea. 61.

N.

Natura ſalium thermalium. 72
Nimius quarundam thermarum calor. 79.
Nitrum quid ſit, probatur eſſe frigidum. 96.
Nitrum cum ſale petra affinitas. 97.
Nomina balneorum Porcetatorum. 49.
Non auctorum numerus, ſed eorum ratio attendenda. 85.
Non penetrat ad hepar aqua thermalis. 93.

Non

ET MATERIARUM.

Non omnes fontes bituminosi ca- Palatium Regium à D. Carole
lidi. 26. Magnæ extractam. 3.
Nota quando balneum sit profutu- Paradigma Kercherianum mix-
rum. 62. tura simplicium aquarum Me-
dicatarum. 16.

O.

Obgannitiones pro thermarum
qualitatibus potentialibus 85.
Occasio incrementi Urbis. 3.
Odeum. 9.
Operationes balneorum Porcetano-
rum. 52.
Operationes thermopotationis, 68.
69.
Operationes thermarum Cornelia-
narum. 47.
Opinio genuina calorum actuali-
um, causa adjuvantes. 33. 34
Opinio prima caloris fontium. 29.
Opinio sustentis aquas sic esse
creatas. ibid.
Opinio vulgaris de potentialithcr-
marum harum calore. 86.
Opiniones diversæ de causa caloris
thermarum. 22
Origoproprietatum acidularum &
thermalium. 107.
Ornatus & decore balneorum. 13.
Ova in balneorum aqua cocta. 52.

P.

Paces salium thermalium pcreffer-
vescentiam. 35.
Pacis effectus. ibid.

Palatium Regium à D. Carole
Magnæ extractam. 3.
Paradigma Kercherianum mix-
tura simplicium aquarum Me-
dicatarum. 16.
Paradigma mixtura aquarum me-
dicatarum compositarum 17.
Paradigma seu figura ignium sub-
terraneorum. 24
Paradigma nostrarum ebullitio-
num. 31.
Pavimentum, 8.
Peccata thermopotantium. 123.
Petitio amica Auctoris. 118
Plumbi minera ditissima. 7
Pictura incrustata. 8.
Pisces in usu balnei. 64
Porceti etymon. 49.
Porcetane sunt potabiles. 54
Potatio thermarum quibusnam cõ-
gruat morbis. 107
Potatio quando suscipienda. 121.
Potentialis calor non inest thermis.
87.
Potentia calida à Ventriculi actu-
li calore tepore perfunduntur.
81.
Potus ex fonte. 119.
Potus calidus quibus nocet, è contra
quibus juvas. 82.
Potu quinam uti debent qui ther-
malem aquam hauriunt. 122.
Potus thermalis unde nocet? 105
Potus calidus probatur. 82.
Prandium à balneo. 63

ET MATERIARUM.

<i>Sales thermales Porcetani.</i>	52		
<i>Salis & nitri contrarij effectus</i>	96.		
<i>Salis thermalis proportio cum aqua</i>		<i>Templum frequentatur à D. Ca-</i>	
<i>spectanda.</i>	91.	<i>rolo Magno.</i>	3.
<i>Sal petra refrigerat.</i>	98.	<i>Tempus thermopotationis,</i>	118.
<i>Sal prunella sitis restrictivum &</i>		<i>Territorij & Vicinia laus à mine-</i>	
<i>ardoris.</i>	97.	<i>ralibus & metallis.</i>	6.
<i>Scaturigo Porcetana copiosissima.</i>		<i>Thermarum origo, salubritas, usus,</i>	
	50.	<i>& abundantia.</i>	10.
<i>Sensu perceptibilia in hisce ther-</i>		<i>Therma naturales quæ.</i>	14.
<i>mis.</i>	69.	<i>Thermalis aqua non est potestate</i>	
<i>Sepulchrum seu exuvia D. Ca-</i>		<i>calectiva ab ingredientibus.</i>	89.
<i>roli.</i>	9.		
<i>Sepulchrum Ottonis III Imper ib.</i>		<i>Thermarum calores diffaminan-</i>	
<i>Sequentia in Ecclesia cantari so-</i>		<i>tur.</i>	94
<i>lita.</i>	10	<i>Ehermopotatio est sana Medicina</i>	68.
<i>Situs in Balneo.</i>	60.		
<i>Silentium in Balneo.</i>	ibid.	<i>Thermopotatio nostra probatur ab</i>	
<i>Spiritus corporales.</i>	78.	<i>ingredientibus propriis.</i>	106.
<i>Sublimatio florum sulphuris non</i>		<i>Thermopotationis ascensus</i>	120.
<i>est multum sensibilis.</i>	89.	<i>Thermis nostris adsunt & insunt</i>	
<i>Sudatio à Balneo.</i>	63.	<i>mineralia entitative &c.</i>	70.
<i>Sudor thermopotatorum.</i>	95.	<i>Thronus Regius</i>	19.
<i>Suggestus Evangeliorum.</i>	9.	<i>Tinctura Cadmia &c.</i>	78.
<i>Stillicidium antiquum.</i>	41.	<i>Tophi seu arena Porcetandarum.</i>	51.
<i>Stillicidia nova.</i>	48.	<i>Topica refrigerantia in balneo.</i>	59.
<i>Sulphur.</i>	77.		
<i>Sulphur & ejus flores hic non sunt</i>			
<i>saporiferi.</i>	90.		
<i>Sulphuris incensi natura.</i>	28.		
<i>Sulphur quomodo dissolvatur.</i>	17.	<i>Valedictio.</i>	65.
<i>Sympatetica mineralium &c. fa-</i>		<i>Varii modi simul lavandi & po-</i>	
<i>cultates cum corpore animalis.</i>	20.	<i>tandi.</i>	124.
		<i>Varii varia de thermopotatione.</i>	66.
<i>Symptomata supervenientia in bal-</i>		<i>Variorum varius aqua appetitus.</i>	82.
<i>neo.</i>	65.		

T.

V.

Va.

SERIES RERUM

<i>Vastatio Nortmannica.</i>	4	<i>Unde aqua thermales diene²</i>	
<i>Ventriculi calor.</i>	80.	<i>rica.</i>	102.
<i>Ventositas Pirij pulveris unde?</i>	97	<i>Unde Thermopotatio noxia.</i>	105
<i>Victus ratio post usam Balneorum.</i>	65.		
<i>Virtutes & facultates Casareana-</i>		NB. Indices sanationum sunt	
<i>rum.</i>	42.	Marginales.	
<i>Voluptas Balneorum Porcetano-</i>		<i>Balneationum.</i>	130
<i>rum.</i>	51.	<i>Potationum.</i>	144




VRBSAQUENSIS URBS REGALIS, REGNI SEDES PRINCIPALIS, PRIMA REGUM CURIA.




1. Basilica B.M.V.
 2. Collegiatus Adolberti
 3. Canonici Regulares
 4. Parochia S. Feliani
 5. Parochia S. Petri
 6. Parochia S. Jacobi
 7. Franciscani
 8. Praedicatorum
 9. Augustiniani
 10. Carmelites
 11. PP. Societatis
 12. Crucigeri
 13. Capucini
 14. Alexiani
 15. Albae Virgines nobiles
 16. S. Annae Benedictinae
 17. Vallis Mariae vel ad S. Matthiam Franciscanae
 18. Hospitalis Franciscanae
 19. Canonici Sepulchri S. Leonardi
 20. Clarissae
 21. Ursulinae
 22. Penitentes
 23. Annuntiatiae
 24. Carmelites
 25. Cruciferae Augustinae
 26. S. Stephani
 27. Melitenenses
 28. Teutonici
- destructa adhuc sunt
parochia S. Iohannis,
capella S. Servatii,
capella S. Aldegundis.

- a. Curia
- b. turris Granii
- c. fons potatorius
- d. Bal. Comelianum
- e. Bal. Rosaceum
- f. Bal. pauperum
- g. Bal. Caesarianum
- h. Bal. partium
- i. Bal. S. Quirini

AQUISGRANUM THERMARUM PRÆSTANTIA ET SALUBRITATE CELEBERRIMUM.



d.



3576

B 700

2^e vizogueru Jusqu' a la
commencement de la soume de six.

ou a l'incien touvoia seloy la
prieur qui y sera lors fait par
Inventaire et sans aucun de l'adict
soume au foiz du suominant de
y en de dissolution de l'adict
commencement. Elle auzte ou y
Renouar et y renouarant elle.

Et quandra seussent et quitteru
tout a quelle aura appok a l'ord
futur et pour ce aussi tout a
qui sur sera es. se. et aduun
par succession donation ou auun
ouche. l'ordie denaioe de
prieur. Et qui de l'ua, sans
et de. l'ua. l'ua. l'ua.